

1710.

1. Borden, Henricus: De legalis, catholice communes doctorum
erroribus
- 2^{ae} Bordinus, Henricus: De praescriptione ex solo temporis
lapsu procedente. 29 Junii. 1710: 1750
- 3^{ae} Bordinus, Henricus: De jure circa infamiam, ejusque
inter christianos abusa 29 Junii. 1710: 1750
4. Gasser, Simon Petrus: Programma publ. de jure publico
Romanorum, quatenus principia ejus in jure civili
hodie vitanda. . . exponit. . . et futuras lectiones
publicas ex tit. ff. de origine juris
5. Gaeltcke, Andreus Ottomar: Disputatio anatomica. cheru-
gicis catholice normam artificium curandi procedentiam
uberi veram
6. Gostschling, Kasper: De suspicionibus
- 7^{ae} Guntlingius, Nic. Hieronymus: P. Trebatius Testa
Fictus injuriis tam aetheram quam receptivorum aucto-
rum liberatus.

7⁶ = Guntlingius, Nicolaus Hieronymus: Schediasma criticae
juridicum, quo Trebatius Testa Testis ab injuriis
tam veterum quam recentiorum auctorum liberatur.

7⁶ = Fauscher, Gualter Augustus: Nicolai Hieron. Guntlingii
Lecti C. Trebatii Testa, Testis, ab injuriis veterum
atque recentiorum scriptorum recensuit. opus proae-
fationem de Testis Romanis illustratum . . . exem-
plis adjevit et singularia quaedam de Trebatio an-
notavit. 1736

8^a = Luderis, James Petrus: Germania princeps post-Carol-
lingica sub Conrad II, Orientalium Francorum rege. 2844.

8^b = Luderis, James Petrus, de: Consecrator juris publici
de Germania principe Post-Carolingica sub Conrado I,
Orientalium Francorum rege 1956.

9^a, b, c = Luderis, James Petrus: Occidentales hi pari manu
cum S. R. imperio 3. Summi

10^a Ludovici, Jac. Frederici : De summa appellatorum.

2 Sempt.

11^a Ludovici, Jac. Frederici : De vitio reali et personalis

2 Sempt. 1710 & 1739

12^a Ludovici, Jac. Frederici : De muliere cambiantē

3 Sempt. 1710, 1734 & 1748

13. Stahl, Georgius Ernestus : Dissertatio inang. med., qua
affectus pectoris . . . publico examini subijcit.

14. Stahl, Georgius Ernestus : De officio medici circa casus
chirurgicos. dictus

15. Stahl, Georgius Ernestus : De fine mensuram iustis mor-
borum variorum opportuna.



[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]

I

M

D
PR

D
AV

AU



1857
DISSERTATIONE INAUGURALI
DE

17/16
1310
90
**CIVITATVM
DISPARI NEXV
CVMS. R. IMPERIO,**

131
Von
Reichs und freyen Reichs-Städten,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
REGIAE DOMVS SERENISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,

PRINCIPE PORVSSIAE, CETERA
INDVLTV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS,
PRAESIDE

DN. IOANNE PETRO Ludewig, ICTO,
PORVSSORVM REGIS IN CVRIA IVDICIOQVE HERALDICO EOQVE SV-
PREMO, ADSESSORE ET CONSILIARIO, IVRIVM ET HISTORIARVM PROF.
ATQVE DVCAT. MAGDEB. ARCHIVARIO,

PRO DOCTORIS, IN VTROQVE IVRE PRIVILEGIIS
SOLENNITER DISSERET

IOANNES PHILIPPVS HEVSS,

ARGENTORATENSIS,

D: XXX. MENS. OCTOBR. ANNO 161000.
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM.

HALAE VENDORVM,
LITTERIS IO. HENRICI GRVNERTI, ACAD. TYPOGR.

13. B.





CAP. I.
DE RATIONE INSTITVTI.

§. I.



Inascimur patriae *l. 1. §. 15. ff. de* Discere debe-
uentre in possess. mit. ciues; patriae *mus, non no-*
etiam discere debemus litera- *bis, sed Rei-*
rum studiosi, profectuumque *publicae.*
nostrorum eam habere ratio-
nem, quo utilia demum mem-
bra sumus reipublicae.

§. II. Legum cultor inprimis id agere debet, *Cultores LL.*
ut iurisprudentiae illam partem sollicitius tractet, *maxime in pa-*
quae patriae iura quodammodo tangere videtur. *trii iuris stu-*
Quod si enim vel ciue indignum sit, patriae iura *dio.*
ignorare; quanto id fuerit olim indignius reduce
in patriam iurisprudentiae studio.

§. III. Egomet certe uti in Academiis, mihi *Quae causa est*
hunc scopum nullo non tempore propositum ha- *buius argu-*
bui: ita cum decreto illustris ICtorum ordinis in *menti.*
cathedram nunc vocer, tale etiam argumentum
elegi in quo conscribendo patriae iura identidem
A occur-

occurrerent, imo respatriæ illud optime explicarent. Non quidem Imperio Romano pareat Argentina, ut adeo mirum alicui uideri possit, me, de ciuitatibus Imperii differentem, de iuribus patriæ aliqua inferere; cum uero neminem lateat, illam Liberam olim Imperii ciuitatem fuisse antequam Regi Christianissimo subijci ipsi contigisset, statim apparebit me patriam cum eo nexu, quo Imperio quondam fuerat addicta, in exemplum proponere, & de iuribus quæ tunc temporis Liberæ ciuitati competierant uerba quandoque facere. Huius autem libertatis eo fidentius meminisse ciui licet, etiam nunc: quoniam potentissimus Rex Galliarum, in cuius arbitratu Argentoratensium fortunæ uersantur, tanta nos clementia sub regis alis fouet ac protegit, ut non alius sed idem, qui olim fuit, Reip. Status ciui uideatur; quoniam præterea ad declarandum uerè regium animum ciuitatem iamjam a se occupatam, Liberam regiam ciuitatem appellari iussit.

Excusatio a studio uoluntatis in eorum furandis erroribus
FCorvuz.

§. IV. Nemo autem uitio uertat iuuenili ætatis meæ, quod non solum argumento innumeris difficultatibus & dubitationibus obruto me commiserim; sed etiam, quod in opusculo hoc ubique patebit; a plerisque & tantum non omnibus Germaniæ ICtis fecerim secessum, eorumque confutauerim opiniones, dicto enim Senecæ morem gerendum esse existimauit, qui ait: nihil æque curandum est, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non qua eundum est, sed qua iur. Mihi enim & ætati meæ cum à ueritate

tate patrociniū promitto, tum apud æquos iudices ueniam.

§. V. Is nempe error expungendus est ex iuris publici libellis, codicibus ac systematibus, quos hætenus fere omnes occupauit: *Ciuitatum Imperii omnium eundem esse locum, ordinem eundem, eademque iura paremque cum S. R. I. nexum.* Qui nexum ciuitatum omnium p. tant eundem esse. Qua doctrina factum est, ut, omni Ciuitatum discrimine sublato, summa imis mixta sint, pessima rerum iuriumque perturbatione.

§. VI. Ita enim in iuribus ciuitatum recensendis ICTOS inter nimium & parum errare oportuit; cum uni ciuitati iusto minus dederint, alteri nimium, nulli, id, quod rationes exigunt nostræ Reipublicæ. Scilicet, iura, LIBERIS, ciuitatibus propria, communia etiam fecerunt IMPERIALIBVS; contra quandoque aliquid negarunt ciuitatibus liberis, a quo imperiales alienæ esse uiderentur.

§. VII. Dabimus ergo operam, ut clare, atque ex idoneis causis probetur: *nexum imperii ciuitatum non omnibus eundem esse; sed alium atque alium.* Nexus totius imperii arguenti. Quo intuitu demum constabit, ciuitatum imperii loca, iura, ordines, esse inuicem quam diuersissimos. Adeo ut filum consecutionis ab una ad alteram non tam infirmum, quam nullum sit, nisi discrimine, quod doceri debet, probe obseruato. Quamuis uero id discrimen negligi passim soleat, cum in cathedra librisque ICTORUM, illorum etiam, qui hoc argumentum ex instituto tractarunt, in quo numero *Knipschildius, Besoldus*, alii; imo idem etiam ple-

rumque ignoretur, siue ciuitates secum agant, siue in imperii solemnibus comitiis: iure tamen, quid fieri debeat factumque sit olim, docendum nunc & commonstrandum est. DEI numen adfit dicendis.

CAP. II.

DE CAUSIS CIVITATVM

S. R. I.

§. I.

Germania quondam ciuitatum ignara; quod causa earum in illis deessent. a) publica securitas. a) metus ab hostibus. b) opificum collegia. Ut fabulas a) rene Romanorum Geographi.

GERmania quondam nullas urbes habuit. Quod Germanis causae urbium non essent. Arinis enim, quam muris ac moenibus se defendere maluerunt ab hostibus maiores nostri, ad bella & clades, *Tacito & Caesare* testibus, quam promptissimi. Ut illis opus non esset, arcere hostes urbium & uallo- rum terriculamentis.

§. II. Deinde si opificum seminaria urbes sunt, nullae olim causae, ob quas operae illorum a Germanis conducerentur. Quid sutor aut sartor hominibus nudis? Et qui uestitum spernunt, quo sine curarent armillas, peristromata aulaea. Idem iudicium est de generibus artium alijs. Fabulas itaque nobis narrant cum alij Geographi, tum imprimis *Ptolomaeus*, qui tabulae Germaniae nomina adsperserunt, quae urbium loco solemus habere, pristini Status in Germania fere immemores.

Causae urbium conditarum in Germania.

§. III. Alia tamen facies Germaniae in prouincijs Istro & Rheno uicinis, quas Romani deuicerunt, atque urbibus ornarunt firmaruntque, ut praefidio essent aduersus inuasiones, a Germanis quoti- die metuendas.

§. IV.

§. IV. Sub Carolingis cum Germania Christianiana fieret, in gratiam episcoporum urbes in eius medietate conditae sunt. Quod pontificum decreta vellent: ne episcopus in uico aut pago resideret. Etiam Germanici reges palatia, *Mabilonia* descripta, extruxerunt, quibus aedes iunxerunt priuatas homines palatini, ut numerus earum in iustae urbis magnitudinem excreceret.

§. V. Tempore Saxonorum & Hunnorum & Venedorum habitaculis Germanorum metamorphosin attulerunt. Eousque dispersae fuerant aedes in Germania, ut, quo loco quis agrum & pratium haberet, eo etiam illi esset domicilium. Idque magno rei colonariae ex vicinitate emolumento. Verum, quod facile esset, ad vincendum & expilandum homines, sigillatim habitantes: id curarunt domini territoriorum, ut aedes aedibus iungerentur, quo a pluribus uni esset auxilium. Vicinitas ergo causa fuit, ut plures in unum pagum coirent, etiam subditi diuersorum dominorum. Inde est, quod plurimi hodieque pagi reperiantur, qui diuersis iurisdictionibus parent, quos dicere solemus in uernacula: *Zwey drey vier heristische Dörffer*. Ubi errant Icti, qui litigantes illa praesumptione grauant, uniuersum pagum quondam sub dominio unius fuisse.

§. VI. Ultima causa urbium Germaniae ponenda est in frequentioribus manumissionibus & prorsus demum sublata seruitute. Principes enim his artibus *Landassios* seruorum potentes & robore exuerunt & opibus & spe omni auctum ulterio-

b) Episcopi qui interditi sunt residere in pagis
a) palatia Caesarum.

d) securitas ab Hunnis & Venedis.

e) multitudo libertorum apud Germanos, sublata seruitute.

*Remedia ad
victum & cul-
tum.*

*a) opificia ru-
rcolis interd-
cta.*

*b) Ius coquen-
di & uendendi
cereuisiam.*

rum rei familiaris. Unde enim victum & cultum sibi parassent homines manumissi, nisi rustici omnibus opificiis interdicerentur; opifices tantummodo in urbibus habitarent; collegia instituerent, quorum opera agricola & homines villares uterentur. Accessit, quod principe cereuisiæ monopoliâ ciuibus darent, ut illi cibaria acceperunt ab agricolis. Quapropter hodieque nulli *Landfaffio* ius uendendi cereuisiam, nisi ex priuilegio singulari competit. Id quod doceri debet, cum facta non præsumantur. Id vero plane enormissimum est, si ipsi *Landfaffii* cereuisiam suam in ciuitatem vehere & ibi ciuibus uendere cupiant. Euerticulum hoc dixeris ciuitatum. Ut parum absit, quin corruiat eius generis *Landfaffio* concessum priuilegium; quod boni principis non sit, ordinum iura inuertere ac perturbare. Sub & obreptionis sane accusari fidenter potest, nisi derogatoria clausula in illo habeatur. *Imo neque derogatoria clausula extenditur ad ea, quibus verisimiliter a principe non fuisset derogatum, si rei aut iuris exactum notitiam habuisset.* Petr. HENRIQUEZ Cour. 75. n. 16. Mar. ANTON. lib. I. var. resolut. 46, n. 10.

CAP. III.

OMNES QVONDAM CIVITATES IMPERII
MEDIATAS FVISSE.

§. I.

*Omnes sub
Carolingis
ciuitates im-
mediatae.*

TEmpore Carolingorum nemo inter ordines Germaniæ fuit, qui imperatori pareret principe intermedio; quapropter neque de ciuitatibus dubi-

dubitandum est, quod omnes tum, stylo, curiis solenni, fuerint *immediatae*.

§. II. Post Carolingos ex aduerso omnes ciuitates factae sunt *mediatae*. Septem enim populi Germaniae, Francica regnatrice stirpe, extincta, rediti sunt sui iuris. Id est, summa rerum ad nobiles Landfaffios rediit & ciuitates, penes quos omne ex hoc tempore imperium.

§. III. Verum tamen singulis placuit principio, sigillatim coire sub potestatem unius. Quilibet enim populus suum sibi *ducem*, id est, *dominum* Omnes ciuitates post Carolingos redditae sunt mediatae. elegit supremum, rationibus tamen plerisque ad ordinum prouincialium suffragia consensusque adductis, in quorum etiam numero ciuitates fuere.

§. IV. Patet inde, quod iura *Landfaffiorum* eadem sint cum iuribus ciuitatum in prouincialibus conuentibus *auf Landtügen*: ut, praeter *ordinem*, primi nihil prae alteris habere uideantur. Quamuis etiam de hoc dubitari potest, si urbs ciues habuit, non ex nundinatorum & opificum tantum collegiis euocatos; sed collectos ex ipso tribu nobilium Landfaffiorum. De quo infra. Vt omnes comites prouinciales fuere, sic etiam prouinciales nullae non ciuitates.

§. V. Vti ergo omnes tum nobiles Landfaffii, administri ducis barones & comites: ita etiam ciuitates omnes esse coeperunt prouinciales, quae duci, domino & principi suo territoriali sunt oblequuti.

§. VI. Neque vero inde metamorphosin passae sunt ciuitates, quod duces tum prouincias suas, territoria, populos in *clientelam* offerrent *regis Germaniae* In quo rerum ordine diu persistere sub imperatoribus Germanicis. siue Cunradi primi, siue Henrici aucupis, idem enim nobis hic est, quemcunque tandem aliquis hic nomi-

nominauerit. Nam plena territorii iura permanferant etiam hoc rerum ftatu penes principes fingularium territoriorum cum in alios ordines prouinciales, tum etiam in ciuitates. Utrique primo ducis, deinde etiam in regis fiue Caefaris Germanici potestate perftiterunt. Tantum aberat, ut ducum iuribus auctoritas Caefaris quicquam tum officeret, ut potius id etiam curare oporteret Caefarem, quo principum potestas in Landftaffios & ciues falua effet neque conatu perduellium uiolaretur. Huc enim hodieque refpiciunt leges publicae imperii *Alb. tit. 3. §. 1. 2.* & in primis *tit. 2. §. 8. Capitular. Ioseph. articulo 2. 3.* ubi imperatori non folum interdicitur, ne motus & querelas uel aliorum fubditorum, uel etiam ciuitatum foueat aduerfus principem; fed principibus potius auxilietur ad utroque in ordine obfequioque continendos.

Una eademque facies omnibus prouinciis.

§. VII. Is itaque ftatus urbium Germaniae in Sueuia, Francia, Boioaria, Saxonia, Thuringia, Vandalia, Bohemiaque fuit, quae feptem prouinciae fyftema Imperii Germanici conftituui abfoluuntque.

CAP. IV.

CIVITATES ETIAM MEDIATAS SVFFRAGII IVRA HABVISSE IN COMITIIS.

§. I.

EMouet ab hac ueritate I Cros, quod tamen *urbium Imperii* mentio fiat inter ordines comifiales; uerum

uerum^{id} nobis nunc agendum est, ut inueteratum errorem ICTis eximamus; *solos ordines immediatos in imperii comitiis comparuisse, non mediatos siue prouinciales.* Error ICTor. in comitiis locum essenonni- si immediatis.

§. II. Principio enim septem Germaniae archiprincipes septem territoria habuerunt, utpote 1) Franciam 2) Sueuiam 3) Boioariam 4) Saxoniam 5) Thuringiam 6) Vendiam 7) Bohemiam. Quæ uniuersam Germaniam ita exhauferant, ut in hac spatii nihil superesset. quod non in aliquo illorum comprehenderetur. Contrarium probatur quia a) ducatus integris nulla ciuitas immediata.

§. III. Non itaque tum comes immediatus fuerat; non immediata ciuitas; sed omnes duci paruerant imperioque fuerant addictæ duce intermedio. Cum tamen in Germanicis *comitiis* nullo non tempore mentio occurrat *ciuitatum*: filum consecutionis manifestum est: non alias ciuitates esse in comitiis potuisse, quam mediatas. Ciuitatibus uere etiam tum locus in comitiis.

§. IV. Deinde Cunrado II. & Friderico I. imperatoribus ingens *comitum nobiliumque* in comitiis celebratur multitudo testibus *Wippone & Prifingensi.* Eousque autem septem Germaniae ducatus integri fuerunt, uix unus aut alteri comes immediatus. Fieri itaque non potuit, hunc numerum ab aliis absolutum esse comitibus, quam imperio, mediante duce, subiectis. Quod ergo de comitibus & nobilibus landfassiis uerum est, illud nihil ambiguitatis habet in ciuitatibus. Summatim, cui in prouincialibus cuiusque territorii conuentibus *auf Landtâgen*, locus fuit, illi etiam locus suffragiumque fuit in imperialibus comitiis, *auf Reichs-Tâgen.* by etiam mediatas comitibus & landfassi locus in comitiis, e. etiam ciuitatibus.

B

§. V.

e) Ciuitatum nomina subscripta reperiuntur in imperii diplomatis, e. iisdem locis in comitiis.

§. V. Praeterea, integris septem patriae ducibus subscriptores, imperialium diplomatum habentur etiam consules, a ciuitatibus delegati. Unde iterum patet, ciuitatum mediatarum, neque enim aliae tum fuerant, in illis concipiendis non minus habitam rationem fuisse, quam ordinum imperii aliorum.

d) neque alio iure in comitiis fuisse episcopi & sacri antistites, ut nil mirum sit de ciuitatibus.

§. VI. Eadem ratio sacri ordinis antistitum, qui pari iure, quamuis regiones tantum *mediatas* haberent, comitialibus decretis interfuerunt. Me enim existimante, illi ICti admodum falluntur, qui episcopos muneris, non regionis ergo, perhibent in comitiis suffragia tulisse. Ut enim hodieque provincialibus congressibus non adsunt illi antistites, qui salario uiuunt; uerum illi, qui latifundia possident, loco stipendiorum: sic olim quoque fundi episcoporum, quamuis mediati, causa fuerunt loci suffragiique in comitiis. Ut adeo frustra sint, qui dubitare in ciuitatibus de illo iure uelint, quod sacris antistitibus ex eadem causa largiuntur.

Usus nouae doctrinae multiplex.

§. VII. Ex hac doctrina plurima errorum genera patent, quibus scaterere solent libri & systemata ICtorum, cum uetustiorum, tum illorum, qui nostra aetate uiuunt. *Primo* cerrum est, post septem Germaniae duces, nullum ex Germaniae ordinibus fuisse *immediatum*. *Deinde* aeternae eousque ueritatis fuerat, ut quicquid in territorio seu ducatu situm erat, esset quoque de territorio seu ducatu. Quae tamen regula, ducatus uel diuulsis quod Saxoniae & Boioariae sub Friderico I. obtigit; uel extinctis, tempore interregni, quam metamorphosin passae sunt

funt Suevia Franconiaque, exceptiones & limitationes habet. ICtis plerumque ignoratas, in recentioribus maxime territoriis, ubi illa caussa esse potest maximae rerum iuriumque perturbationis. Porro errant, qui ciuitates, quas in comitiis deprehendunt, illico habent pro *immediatis* easque ex matricula provincialium uolunt expunctas. Saepe miratus sum, controuersiam de notis indiciisque ciuitatum imperii *immediatarum* tot grandibus uoluntatibus agitatum fuisse, neque tamen intellexisse partes, quondam locum suffragiumque in comitiis non fuisse signum causamque *immediatae*, quin potius mediatae quaeque ciuitates iure comitali fuerint gauisae. Vide, sis, stupendos quatuor maximorum uoluminum codices *de immedietate Brunsvici*; unum de *Hildeshemiensi*; unum de *Lindauensi*; duo de *Erfurtensi*; duo de *Colonensi*; tria de *Magdeburgensi*; unum de *Treuirensi*; unum de *Herfordensi*; de *Bremensi* septem; plures longe de *Hamburgensi*; qui auctores omnes hac face destituti, scripserunt, quorum propterea argumenta hoc Alexandrino ense dissoluntur; *comitialia quoque suffragia fuisse penes ciuitates municipales.*

§. VIII. In exemplum hic uoco ciuitatem *Halensem*; quam, petulanti delirio nuper quidam dixit S. R. I. *immediatam*, expunctam uero deinceps artibus episcoporum ex matricula & albo imperii. Potissimum adsertoris argumentum est: *Halam quondam imperii comitiis interfuisse.* Quamuis autem ille ex nullo idoneo auctore id probet, ut adeo operae pretium non sit, consecutionis uanitatem

Gerrae Halam fuisse ciuitatem imperialem.
Error primus.

docere, in memoriam tamen reuocandum est, quod hactenus euicimus, municipalibus ciuitatibus ad imperialia comitia accessus patuisse. Cetera, quae adfert nullarum virium sunt. *Primo*, inquit, historicos quosdam *Halam* Venedorem ciuitatem dicere S. R. I. *immediatam*. Verum non coeui scriptoris haec testimonia sunt; sed anilium nostro ac superioriaeuo fabulatorum. Quorum figmenta etiam sunt, *Berolinum & Pragam urbes esse S. R. I. immediatas*. Siculae gerrae. Praga imperialibus comitiis interfuit, sed necquicquam ideo defuit esse regis Bohemiae metropolis. Pergit *deinde*, Halam conditam fuisse in territorio imperatoris, *Ottonis*. *Repono*, eiusdem uero *Ottonis* largitione Halam cum uicinia archiepiscopatus Magdeburgico accessisse. Quod fide diplomatis nobis constat authenticum, ubi *salinae Hallenses* ab *Ottone* antistiti & ecclesiae Magdeburgicae, quae uerba libelli sunt, donantur. Hala uero tum temporis *salinas* notauit, quo uerbo etiam nunc illas adpellant *Sueui* *das haal* siue *hal*. Vrbs post demum accessit, quam ideo conditam enatamque esse oportuit in territorio archiepiscopatus. *Praeterea* oggerit adfertor, Halenses collectas & tributa *imperiali* fisco intulisse, unde pateat, eam tum fuisse *immediatam*. Repono, filum consecutionis nullum est. Ita enim legimus de Magdeburgo, quod archiepiscopus ob hanc tantum causam imperatoris officialibus ius indulserit, collectas ibi a ciuibus urgendi & percipiendi, ne ipse negotium sibi facefferet aut de nimietate portionis querelas mouerent ciues immorigeri. Quid quod reuerfales superfint,

alter,

tertius,

sint, ne hoc iuribus dominioque territoriali archiepiscopi damno esse possit. Idem ergo repetendum est in Halensibus rebus, si quidem ciuitas haec unquam collectas soluit imperatori. Sed hoc pro fabula eousque habemus, quousque nomen suum liberet probetque, quod scripsit, improbus adsertor. Porro, priuilegia ciuitatem nactam esse ab imperatoribus, urget ceu argumentum *immedietatis*. Nullarum autem uirium est hoc filum consecutionis; cum tironibus rerum medii aevi constet, etiam urbibus municipalibus priuilegia dedisse Caesares, exempli loco de non euocando, de instituendis nundinis rebusque aliis, quae limites excedunt principis territorialis. Sic ante aliquot annos contubernio pauperum Glauchensi imperator priuilegium dedit, quo pueri ibi educati uniuersim restituuntur natalibus. Quis uero eapropter Glaucham adscribet matriculae ciuitatum imperii. *Post grata* adsertori memoria est ciuium rebellium tempore Caroli V. anno 1547. Ab hoc enim imperatore Halenses non solum rogarunt, ut Hala archiepiscopus priuaretur adscribereturque urbs albo imperialium: sed etiam hoc sine ab Italo ICTO, *Francisco de Barca*, responsum iuris nundinati sunt, quo argumentum expositum est, *Halam immedietatem imperii ob temporis lapsum, per quod archiepiscopo paruerit, non amisisse, sed vindice Carolo Caesare, redire in libertatem posse iure quodam postliminii*. Inde collegit adsertor, pristinae *immediatis* iura Halae tum recuperari potuisse, nisi fata huic conatui obstiissent. Plura sunt, quae maleuolum hic animum produunt adsertoris.

quartus.

quintus.

Primo enim quod olim ciuibus licuit in dominos suos, archiepiscopos, illud forte nefas hodieque non erit in ducem, cum utriusque eadem iura esse uideantur; sed, adfertoris iudicio, Halenses tum archiepiscopo nuncium mittere; pristinam recuperare immedietatem; in partes huius conatus militem trahere Caesarem iure potuerunt, non obstante homagii religione lapsuque tot seculorum: itaque facile patet, quam sibi sententiam hodieque promittere ab adfertore possint ciues, cupidi rerum nouarum. Deinde etiam, dum adfertor fabulam *immediatis* Halensis in memoriam reuocat fuorum, alia ipsa nescit argumenta iurium immutatorum, quam haec: *quod conditio imperialium ciuitatum hodie sit pessima, melior longe status municipiorum sub principe, iuris & aequi amantiissimo.* Quasi uero Hala iuris necessitate nulla principi pareret; sed tantum ex uoluntate & consilii rationibus, quod res eius sub principe sint feliciores. Quo dogmate quid potest magis esse uirulentum? In illo libello id agit, ut praescriptioni patrocinium praestet aduersus principem; quem domania, regalia, ensẽm, sceptras, aras, rocos, nihilque non amittere ac perdere dicit, sola temporis longinquitate & spoliatoris diuturna detentione. Verum principi ex aduerso ius dicit contenditque principem acquirere nil posse usucapiendo aut praescribendo, ne scilicet *immedietati Halensi* eum oporteat nuntium mittere. Adeo calum partium studio corruptum habet, ut ingenio cuique clarum sit, scribere eum & causas respondere ad sensus aliorum potius, quam ad aequitatem.

alterum.

tatem. Haec inferui dissertationi, cum stomachum non possint non mouere scripta, quae ignorantia peccant & improbitate in illum, cui fidem, post Deum, maximam debet scriptor, subditus, ciuis, cliens, administer.

CAP. V.

DE VERA CIVITATVM IMPERIALIVM ORIGINE.

§. I.

Diximus *capite 3.* omnes quondam urbes imperii *Aetas urbium imperialium.* *municipales* fuisse, nullas uero *imperiales* siue *immediatas.* Qui ergo demum factum esse dices, quod imperialium hodie in comitiis tam immensa multitudo?

§. II. Operae pretium est, rem aperire, plerumque a *ICTis* uel omiffam uel peruerse traditam. Scilicet uti ciuitatum exemptio in una prouincia maturius facta est, quam in altera: sic etiam rerum ordo uult, ut pro discrimine & diuersitate prouinciarum diuersimode quoque respondeamus. *in Germania cis Rhenana.*

§. III. Germania, RHENO uicina, principio Caesaris imperii que domanium fuit. Caruit propterea haec prouincia duce. Ducis uero instar ei Caesar fuit uel huius imperii que uicarius, Palatinus, imperio uacante. Omnes itaque ordines, Rheno uicini, *comites, episcopi, antistites,* quid ni *urbes* etiam Caesaris paruerunt absque duce intermedio, id est, quod technico iuris uocabulo significamus, *ciuitates in Rheni pagis* tempore etiam post Carolingos statim fuerunt *immediatae.* *Origo ciuitatum imperii 1) in FRANCIA RHENENSI Germanicae rei-publicae est coaena.*

§. IV.

Omnes ibi ur-
bes praesu-
muntur im-
mediatae.

§. IV. Accedit, cum nulla ciuitas comiti olim paru erit (amtsfähig gewesen), sed omnes duci aut eius loco, Caesari absque intermedio magistratu morum gesserint (alle waren Cantsley oder Schriftfähig); omnes in isto confinio ciuitates credendas esse immediatas. Quousque pars aduersa non euicerit aliquam uel exemptam Caesaris beneficio, uel, pace Caesaris, a comite ibi demum conditam fuisse. Quod exempla ibi episcoporum docent, qui omnes hodieque uel imperiales ciuitates colunt uel eadem ex matricula imperii postea expunxerunt. Insigne lumen haec doctrina adfert dissidiis Coloniensium, Treuirensium, Moguntiae, Spiraë, Wormatiaque cum suis antistitibus.

Urbes Rhenarum non liberae praesumuntur.

§. V. Quemadmodum uero *immedietas*, licet technicis uocabulis luculentiae & breuitatis causa uti, *libertatem* non infert: ita etiam ibidem dici non potest, quod omnes propterea fuerint *liberae*. Nam imperator in *domanio Rhenensi* loco ducis fuerat, ut adeo quod iuris in *municipia* duces aliarum prouinciarum habuerant, id fuerat quoque Caesaris in Rheno uicinis urbibus *immediatis*. Pariter ergo hac etiam *libertatem*, si quam sibi tribuunt, probare debeant, uel *reseruatione* principio reipublicae Germanicae, uel *privilegio* uel *longo iurium* usu & tacita uoluntate summi imperantis.

II. in BOIO-
ARLA origo
ciuitatum im-
mediatarum.

§. VI. Franciam Rhenensem BOIOARIA excipiat, ut etiam de aetate constet, qua in Baioariae ducatu ciuitates fieri & esse coeperunt immediatae. Quod sero factum esse, statim patebit.

§. VII.

§. VII. Boioariae quae principio etiam com-
 plexa fuerat Austriam, Stiriam, Carinthiam, Tiro-
 lumque, singularis respublica, populus, territorium,
 quod omne fuerat sub potestate ducis unius. Vt
 igitur archiepiscopis & episcopis Boioariae territo-
 ria tantum fuerant mediata: ita etiam landfaffii or-
 dinesque prouinciales fuerant comites, marchio-
 nes, Landgrauii, Burgrauii, dynastiae generis alius.
 Quis dubitauerit de ciuitatibus, quod & ipsae omnes
 municipales (Land: Städte), nullae immediatae
 (Reichs Städte), Ipsa Ratispona metropolis & sedes
 fuerat ducis Boioariae, ut de aliis, quae census longe
 minoris sunt, nihil dicam.

§. VIII. Perdurauit Boioaria in hoc statu us-
 que ad funesta inter *Hohenstaufios* & *Welfos* dissidia.
 Quam enim ruinam Boioariae *Cunradus III.* mina-
 tus est, eam intulit eidem *Fridericus I.* qui, proscri-
 pto Boioariae duce, *Henrico Leone*, regni aemu-
 lum principatum dissoluit diffecitque in partes, ut
 iam natales acciperent ordines Boioariae imme-
 diati.

§. IX. Austriae enim dux, itemque Carin-
 thiae, Stiriae, Tirolique domini, a iurisdictione
 ducis emancipati, ex subuassallis Boici ducis facti sunt
 principes imperii immediati. Eadem fortuna etiam
 contigit antistitibus Salisburgensi, Passaujensi, Ra-
 tisponensi, ceteris, ut mediatas ditiones a Boioaria
 eximerent redderentque easdem imperii immedia-
 tas.

§. X. Plerisque uero ciuitatibus casus hic ali-
 C quan-

*Boioaria quon-
 dam in com-
 plexu habue-
 rat Austriacae
 ditiones, omnes
 uerobique ur-
 bes fuerant
 mediatas.*

*Immediatas
 Boioariae cum
 aliorum ordi-
 num sub Hen-
 rico Leone coe-
 pit.*

Tum ciuita-

*um Boioariae
immediata-
rum a. 1178.*

quantum iniquior fuit. Solae *Ratispona* & *Egra* im-
medietatem obtinuerunt, reliquae uero uel pristino duci
remanferunt uel cessere principibus & nouellis ordi-
nibus atque antistitibus immediatis.

*III. SVEVI-
AE & FRAN-
CIAE ciuita-
tum immedia-
tarum origo.*

§. XI. In *Sueviae* & *Franconiae* prouinciis prin-
cipio reipublicae Germanicae inde a temporibus
Cunradi I. cum alii ordines omnes, tum quoque ci-
uitates *mediatae* fuerunt. *Prima enim ducem*, altera
principem habuerunt, neutra imperio obsecuta est
immediate.

*Post Cunradi-
numen. 1269.*

§. XII. Verum *Cunradino*, ultimo *Sueviae* duce
& principe *Franconiae*, capite truncato Neapoli; om-
nes utriusque huius prouinciae ordines ciuita-
tesque Caesari imperioque paruerunt absque duce
ac principe. In quo rerum statu ad haec tempora
usque permanserunt.

*Omnes ibi ciui-
tates praesum-
untur immedia-
tae.*

§. XIII. Quapropter in istis oris, si ciuitas cum
principe aut alio dynasta de *immedietate* litigat: con-
iecturae militant in fauorem ciuitatum. Omnes enim
Sueviae & *Franconiae* principes, qui nunc sunt, in
ordine *comitum* fuere, quo etiam censu tum uenerant
comes de *Wurtemberg* & *Marchio Badensis*. Et
uero nulla quondam ciuitas comiti paruit; omnes
duci. Quas itaque iuniores ibi principes, antistites,
praelati, equites ciuitates habent; illas post uel ipsi
condiderunt uel de imperio exemerunt.

*VII. de THY-
RINGIAE
ciuitatum im-
mediatarum
origo.*

§. XIV. *Thuringia* *Ottones* Caesares habuit du-
ces: *Henrico* etiam sancto paruit, qua imperatoris
agnato, prouincia duce suo destituta *Cunradus II.* ita-
que *Landgrauium* praefecit *Thuringiae*, sed ita, ut
Thu-

Thuringiae ordines maiores, utpote *domini*, *comites*, *ciuitatesque* imperatori *immediate* subiecti essent, Landgrauio inter *officiales* Caesaris relato.

§. XV. Et quamuis post Cunradus III. Landgrauium Thuringiae ex *officiali* dominum fecerit *territorialem*; nil tamen quicquam eius territorio *Cunradus III. pro Grauione fecit principem, sed cui nullum ius esset in ordinem Thuringiae immediatior.* cessit, quam *pristini* Thuringiae ducis *domanium*, comitibus, *dynastis*, ciuitatibus *pristinum statum* seruantibus *immediatis*. Quapropter ex eo etiam tempore Landgrauius non *dux* Thuringiae uniuersae fuit, sed princeps tantum in Thuringia. Ea prorsus ratione, qua Austriae archiduces *principes Sueviae* aut in Sueuia audiunt, salua tamen Sueuia ordinum *immediatate*.

§. XVI. Si ergo contentionis ferram intendit Landgrauius antistiti, comiti, dynastae, *urbi* super *pro uribus immediatis*, antistite coniecturae ualent, non contra. Quamuis in hunc errorem impegerint plurimi *lecti*, qui causas Saxonum responderunt aduersus episcopatus & comitatus Thuringiae. Neque enim Landgrauius iuris illa regula uti potest, *quicquid sium est in territorio, illud est de territorio*; quamuis axioma ueritatis sit apertae intuitu prouinciae Thuringicae uniuersim.

§. XVII. Saxoniae prouincia quondam latissime patuit per *Westphaliam* omnem; Saxoniam *inferiorem* & tractum *superioris Witebergicum Holsatiamque.* Quae ditiones omnes fuerant sub imperio ducis unius, quo intermedio Germaniae paruerunt. *V. de SAXONIAE ciuitatum immediatarum origine.*

C 2

§. XVIII.

Principio
omnes media-
sae.

§. XVIII. Tempore Ottonum omnes ibi ordines landfaffii, *ciuitates omnes mediatae* siue municipales. Falluntur Icti, qui olim causas *Brunsvici Goslariae, Luneburgi* aliarumque urbium Saxoniae orarunt, credideruntque illas ideo fuisse *imperiales*: quod cum Caesarem dominum habuerint ab eoque munitae sint insignibus priuilegiis. Neque enim qua Caesares dominati sunt Saxoniae Ottones, sed qua *duces* ac domini territoriales.

Quae in Caesa-
rum potestate
fuerunt, non
qua talium sed
qua ducum
provincialium.

§. XIX. Egerat tamen iste error, extincta Ottonum stirpe, Ictos Germaniae ita in transfuersum: ut *Goslariam, Brunsvicum* ciuitatesque alias imperatoribus adferere mallent, quam ducibus, illasque, Caesarum beneficio, crederent, exemptas fuisse. Cum tamen ex monumentis istius aeuiconstet, quam tenacissimos fuisse Ottones iurium sui territorii, ne haec cum imperialibus causis confunderentur. Laudare in hanc rem possum *diploma Ottonis I.* quo Quedlinburgensem abbatiam patrocinio Caesaris, uerum qua Saxoniae ducis detulit. Adeo, ut si imperio uideretur alios, quam Saxones ad Caesaris fastigium euehere, patrocinium istud permaneret apud duces Saxoniae. Vnde etiam apertum est atque ipsa Caesaris confessione manifestum, Ottones nequam hereditario iure imperasse, sed electitio. Ut frustra sint, qui in tanta luce tenebras sectentur quorundam, licet non infimi nominis, doctorum.

Quae iura in-
primis dispu-
tata sunt
ab Hen-

§. XX. Extinctis Ottonibus Henricus sanctus agnationis iure in Saxoniae *ducatu* successit, qui ipse, ordinum suffragio factus fuerat *imperator*. Sed Cui-

ra-

radus II. & qui hunc in imperio sequuti sunt, tres Henrici nihil iuris habuerunt in Saxones, qui ducibus iterum usi sunt territorialibus. Veruntamen *salici* imperatores uel errore decepti uel iniquitatis tegumento quaesito, *urbes Saxonicas* plerasque habere uoluerunt *imperiales* & immediatas; quod *Ottones* illis imperauissent, *fixissent* in illis *Caesaris* sedem, quorum exempla successores eorundem possent imitari. Atque hac ratione *Goslariam, Brunjuicum, Hildesiam* aliasque urbes expunctas uoluerunt & matricula municipalium earumque, quae ducibus obtemperarent. Equidem iurium suorum non ignari fuere *Saxonici* duces, qui scopulum, ad quem *Caesar* peregrinus offenderat, facile exemerant, diuersa ratione exposita, qua *Saxones* imperatores *Saxoniam* incoluissent, qua duces territorii *Saxonici*, necquicquam qua imperatores: sed tamen *controuersia* armis disceptata est: In qua *Henricus IV.* iure meritoque succubuit uiceruntque *Saxoniae* domini, quod illa imperio subditanon esset, nisi intermedio duce territoriali.

§. XXI. Post itaque omnes *Saxoniae Westphaliae, Holsatia*aeque ciuitates *municipales* fuerunt. Quod in *Henricis*, superbo & leone, *Saxoniam* ducibus eo magis est manifestum, quo maius robur utriusque fuerat, ut iure suo sine intercessu aliorum liberrime uterentur. Quid? quod illud non minus uerum sit de *episcopis* & *sacris antistitibus* atque *comitibus* & *dynastis*, quorum omnium ditiones fuerant *Saxoniae* duci clientelares.

C 3

§. XXII.

*ricis magna
rerum pertur-
batione.*

*Pristinis uero
iuribus clarius
Saxoniam ad-
seruere Henrici,
superbus &
leo.*

*Proscriptis de-
mum Henricis
in Saxoniam ori-
ginem sumunt
ciuitates im-
mediatae.*

§. XXII. Verum enimvero Saxonia imperia-
lium haectenus ciuitatum nescia, casum tulit, quo
cum ordines landfalfii imperiales facti sunt, tum
municipia urbes imperiales. Henricis enim pro-
scriptis, non e reuidebatur imperatoris, ut tam am-
pla regio iterum addiceretur imperio unius. In par-
tes itaque iuit Saxonia omnis, adeo, ut episcopi
omnes, omnes comites, maioris etiam nominis
praelaturae & *municipia pleraque iure donatae sint
immediatae*. Atque ex hoc tempore quoque in Sa-
xonia natales acceperunt *urbes imperiales*, quae ante
Henricorum ducum fuerant municipia. Hoc ego
met censu aestimo Goslariam, Brunfuiicum, Hilde-
siam, Dortmundum, Monasterium, Osnabrugam,
& imperiales alias, quamuis non me fugiat illud,
plures harum ciuitatum, antiquiores natales adfe-
ctare ad priuilegiaque prouocare Caesarum: sed
haec, si miseris sub examen aut inuitis territorii du-
cibus scriptae sunt aut his prorsus insciis per sub &
obreptionem a Caesaribus erogata.

*Qui urbes in
Saxoniam im-
mediatae que-
ant praesumi?*

§. XXIII. Cum uero plures etiam tum urbes
cefferint episcopis & comitibus, inde regula iuris:
*num ciuitas ex casu Henrici leonis praesumi debeat in istis
oris immediata*, his circumscribi debet limitibus, nisi
ciuitas iuniorem Henrico leone habeat aetatem. Ex
eo enim tempore, ex quo episcopi & dynastae e du-
cum potestate exenti sunt, id egerunt, ut pagos,
quos incoluerant, uerterent in urbes ciuitatesque.
Quod fieri non poterat ab istis nisi pace imperato-
ris: cuius tamen consensu nullo tempore in hoc
insti-

instituto opus fuerat archiprincipi territorii singularis.

§. XXIV. Holfatiae tamen comes omnem istius comitatus ditionem accepit, cum urbibus in illa comprehensis. In quarum numero Hamburgum fuisse, nemo dubitat; quamvis, quo iure illa post Holfatiae dominatum exuerit, longinqua sit controversia. Quae tamen facilius ex iurium, quam consiliorum rationibus poterat componi. Verum id agere partes uidentur, ut moras nectant & lis alatur nullo tempore intermoritura.

Quid de ciuitatibus Holfatiae?

§. XXV. Tractus etiam Magdeburgicus, quamuis Saxoniae Thuringiaeque pars fuerit, in hac tamen doctrina singulares rationes habet. Omnem enim ditionem Otto M. contulit archiepiscopatu cum pleno territorii iure. Cum sacri antistites alii eo destituerentur agerentque in numero ordinum prouincialium. Quicquid ergo in archiepiscopatu fuerat, illud quoque fuerat de archiepiscopatu. Cumque & Hala & Magdeburgum ciuitates in territorio archiepiscopi enatae sint: Siculae gerrae sunt illorum Ictorum, qui urbem utramque specie laetant inanium, id est, opinione immedietatis.

Quid de tractu Magdeburgico?

§. XXVI. Vandaliae siue *Vendiae, Bohemiaeque* prouinciae restant e numero *septem* Germaniae re-
publicarum. Atque haec illae sunt, unde doctrinae haec tenus expositae, optimum accipiunt fir-
mentum. Notum est, quod neque in Brandebur-
gico Marchionatu neque in Bohemiae regno eique
in nexis prouinciis ulli sint status imperiales. Vtrin-

VI & VII BOHEMIAE & BRANDEBURGICAE prouinciae, quae solae ne sciae sunt ciuitatum immediatarum?

que

que enim prouinciales sunt episcopi; prouinciales comites; dynastae etiam & nobiles prouinciales: item omnes ciuitates.

*Causae spuri-
riae.*

§. XXVII. Quaeso? quae causa est huius discriminis ab aliis ducatibus Germaniae, qui omnes in sinu suo, quod hactenus audiuimus, *ordines* alunt *ciuitatesque imperiales*? Casu aut priuilegio id factum esse, illos dicere oportet, quos latent genuinae rerum causae. Alii arguent, harum prouinciarum dominos, forte potentiores, euertisse libertatem cum aliorum statuum imperialium, cum ciuitatum immediatarum. In quo ipsos errore illud firmare potest usque ad pertinaciam, si legerint & Pragam & Brandenburgum & proceres nobilesque familias cum sacris antistitibus ad comitia quondam accessisse. Qui tamen duobus abhinc seculis a conuentibus abfuerint imperii. Verum *capite 4.* iam comprobatur est, ordines etiam prouinciales loca suffragiaque habuisse in imperii comitiis. Quod eo clarius hic patet. Quoniam *Slauorum & Venedorum* ingens saepius multitudo in comitiis commemoratur; licet utrique prouinciae nulli non ordines ciuitatesque *landsassii* fuerint *mediati*. Quod uero post abesse a comitiis coeperint, illud propterea est factum, quoniam noui principes alique ordines ex aliis prouinciis exempti nouam classem in comitiis uniuersim constituerunt, ad quam prouinciales antistites, dynastas, ciuitatesque illi noluerunt admittere. Cum itaque comitia imperii ex illo tempore non castris aut populis distinguerentur; sed clas-

clafibus & collegiis: confultum magis effe, uidebatur landfaffis & ciuitatibus *municipalibus*, abeffe a comitiis, quam circulos, recens constitutos, turbare & iuris postliminii querelam instituere. Praefertim cum ducum potestas in prouinciis effet adaufta, ut iudicio eorundem ordines prouinciales rerum imperii procurationem facilius relinquere uiderentur.

§. XXIX. Ex alio itaque fonte caufa eruen- *Caufae ge-*
da est, quare in Brandeburgica & Bohemia prouin- *minae, qua-*
ciis omnes ordines, etiam principes prouinciales *re in Brande-*
ipfi, landfaffii fint, nullae ciuitates, nisi *burgico &*
municipales. Scilicet, utraque haec prouincia *Bobemico*
nam, quam principio Germanici imperii accepe- *ducaru nulli*
rat, faciem retinuit integritatemque. Quaelibet *ordinis ciui-*
enim ducem feu dominum suum nafta est, cui & *ratesque im-*
omnes ordinum classes in prouinciis uti olim obfe- *mediari.*
quuti fuerant, ita postea quoque ad nostram usque
aetatem obfequentur. Unde publici iuris axioma-
ta eruuntur, filo consecutionis manifestissimo.

§. XXIX. Quicquid Bohemiae rex iure re- *Aximomata*
gni habet in Bohemia prouinciisque huic innexis: *pro marchiae*
illud etiam est penes electorem Brandeburgicum *Bohemiacae*
in quatuor marchiiis. *Deinde aliarum prouincia-*
rum ducatus uel *extincti* sunt, quod de Sueuia, Fran- *rum praero-*
cia & Thuringia accepimus, uel *in partes scissi*, ut *gatiuis.*
Boioaria Saxoniaeque: sola Bohemia & Marchia
Brandenburgensis saluae atque pristinae sunt inte-
gritatis. Tum ueritas axiomatis Ictorum: quicquid
est in territorio, illud est de territorio nullibi cer-
D tius

tius pleniusque patet, quam in Marchia Bohemiaque. *Post omnes aliae Germaniae prouinciae ordines immediatos & ciuitates imperiales intermixtas habent: uerum utrinque exulant in Marchia Bohemiaque. Praeterea in diuulsis Boioariae & Saxoniae regionibus noui duces adligantur ad nouellas litteras clientelares imperatoris: Bohemia autem & Marchia iure utuntur originario, cuius nullam unquam passae sunt metamorphosim. Itaque multa duces aliarum prouinciarum priuilegiis debent, quae Bohemia & Marchia repetunt ex iure originario, cuius nulla opus est renouatione. Ad extremum multa iura Bohemiae & Marchiae sunt, quae aliis Germaniae prouinciis ignorantur. Ab harum itaque prouinciarum iuribus ad iura aliorum ductatum, infirmum est filum consecutionis.*

*Origo ciuitatum immediatarum
a) in ALSATIA sigillatim.*

§. XXX. Origine exposita urbium immediatarum intra pristinos fines Germaniae: illud superest, ut nunc quoque natales causasque eruamus aliarum urbium imperialium in locis aut finitimis aut peregrinis. Principio argumentum sint urbes Alfatiae, in quarum numero & patriae iuuabit meminisse.

ubi urbium fortuna instabilis fuit.

§. XXXI. Illae autem principio *Romanis*, deinde *Sauis*, mox *Francis*, ultimo *Germanis* paruere, qua rerum commutatione factum est, ut alium atque alium statum pleraeque fortirentur.

folius Argentiniae certa & constans, 1) sub Romanis.

§. XXXII. *Sola Argentinia* nullo non tempore & immediata & libera permansit *Romani* eandem caput esse uoluerunt uniuersae rheno uicinae ditiones. Inde *tractus* & *comes Argenteratensis* nomen

men acceperere, quod in noticia imperii hodieque superest. Quem urbis statum ante me sollicitus investigavit, uir illustris *Obrechtus in prodromo rer. Alsat. cap. 5. § 12.*

§. XXXIII. Submouere Romanos de Alfatia ^{2) sub Alemannis.} *Sue-* ²⁾ *ui* atque ipsam Argentoratum sui iuris reddiderunt. Quod tamen urbs praepotens esset, eandem non alia lege in ditionem receperunt, quam relicto eidem statu pristinae immunitatis.

§. XXXIV. Chlodouaci iugum post *Tolbiacem* ^{3) Francor.} *se* praelium ante non subiit, quam uictor ubi fidem daret; dominum mutatum iri, non iura libertatis.

§. XXXV. Quamuis uero Francorum imperia urbibus ciuibusque aliquantum grauiora fuerint; ^{4) Carolingis.} & ipsa Argentoratum aliquod sentiret ueteris immunitatis decrementum: Cum tamen illa Lothario Caesari; hinc regi cederet Lothario; post in Ludouici Germanici filiorumque eius ueniret portionem, quorum regna ceteris leniora fuerunt, immunitatis Argentoratensis iura reuiuiscere coeperunt & redire iure postliminii.

§. XXXVI. Extincta Carolingorum in Germaniis stirpe in ambiguo constituta esse uidebantur iura successionis cum Lotharingiam omnem, tum in Alfatiam. Contentionis ferram tum diu in armis, nostra aetate in scriptis traxerunt uiri maximi, pro Gallis enim *Blondellus, Valefius, Cassanus, Puteanus, Auberius, Anton. Dominicus* alique scripserunt; pro Germanis, *Chisetius, Conringius, Culpisus, Obrechtus*, alii.

D 2.

§. XXXVII.

Quos leni-
do uicis Ger-
manici im-
perii, ut his
accederet Ar-
gentoratum.

sub Sueuicis
ducibus ut
aliae ciuita-
tes Alsariae,
ita & Ar-
gentoratum,
laxiori ra-
men nexu.

Exincto Sue-
uia ducatu
facta est im-
perialis.

Alsariae ad-
uocato non
paruis.

neque Au-

§. XXXVII. Qua rerum ambiguitate factum est, ut *Argentoratum* pars utraque lucrifacere & nullis non consilii rationibus ad se trahere, cogitaret. Germanici ergo imperii systema, salua ordinum libertate constitutum, *Argentoratensibus*, ueterum iurium tenacissimis tantopere se adprobauerat, ut demum *Henrico Aucupe* imperante, ciuitas haec Germanis accederet.

§. XXXIIX. Quamuis autem *Sueuia*, ducatu, a qua *Franci Alsatiam* olim auulserant, *Argentoratum* iterum inueneretur: maxima tamen in urbe auctoritas, tot *Caesarum Ottonis II. Friderici II. Lotharii* aliorumque diplomatibus firmata, penes senatum permanerat, ut post *communes, prouinciae* aut *imperii causas*, in comitiis parum aut nihil imperio ducis relictum esse uideretur. In quo rerum statu facilius se conseruauerat *Argentoratum*; quod haec urbs *Galliae* uicina esset: ut adeo dominos territorii *Sueuici* continuo quodam metu retineret ab iniquo in urbem conatu.

§. XXXIX. *Sueuia* autem ducibus in *Cunradino* extinctis, quod §. 12. cap. 6. uidimus, *Argentoratum* sui quodammodo iuris facta, imperialium ciuitatum numero uere pleneque fuit adscripta.

§. XL. Et quamuis aliae *Alsariae* urbes patronos siue aduocatos acciperent exemplo *decem Alsariae* ciuitatum; cum uero *Argentorato* propriae uires ac robur satis esse uiderentur ad reprimendum hostium iniurias; illa sibi suisque fuit relicta. Errant uero illi *Icti*, qui perhibent *Sueuiam* postea in

in Rudolphi Habsburgici Caesaris filio ducem ite-
rum accepisse. Iuniori enim illi Rudolfo quid a
parente delatum sit §. 15. c. 6. attigimus. Id scio,
nullo unquam tempore Habsburgicis Argentoraten-
sem ciuitatum morem gessisse. Siculae non minus
gerae sunt, quae de iuribus episcopi in urbem ad-
ferunt. Adeo enim in transuersum non egerunt ci-
ues superstitiona tempora, ut qui ab imperatoribus
se immunes conseruauerant, sacri antistitis subi-
rent dominatum. Quamuis autem Caesarei comi-
tis, qui egerit in imperiali palatio Argenti-
nae, quandoque mentio occurrat: alia tamen ratio
eius fuit, quam ut hoc ciuitatis uel libertati officere
posset uel immedietati. Equidem comites Caesares
siue scultetos plerumque in urbe iurisdictionem
habuisse constat; quin uero idem hic sentiamus, il-
lud facit, quod Caesarea priuilegia, hic obloquantur,
qui omnem iurisdictionem ciuitati demandant di-
stantque illis poenam, qui in hoc instituto ciuitati
obtrecent. Quod etiam SCHILTERVS uidet *cap.*
12. ad Koenigsbostium p. 608. Qui tamen nos in eo dis-
sentientes habet, quod aerarii curam tribuat eius
generis comiti. Nam ab hac etiam sparta illum ex-
cludunt Caesarum diplomata, quibus ciuitas Argen-
toratensis ab annuorum tributorum onere absol-
uitur. Nihil ergo superest, quam ut muneri illius
ea tribuamus, quae referre solent inter Caesaris re-
seruata. Vtpote restitutiones famae, natalium, lar-
gitiones ueniae aetatis, adpellationes tabellionum &
alia generis eiusdem.

D 3

§. XLI.

*Ciuitates
Lotharingiae
Belgii, Bur-
gundiaeque
cur omnes
immediatae,
quaedam
etiam impe-
riales?*

§. XLI. Eodem modo explicare possemus statum immediatarum urbium in Lotharingia, Belgio utroque, Burgundia regnoque Arelatensi: sed ne instituto prolixiores simus, hisce quidem regulae sufficiant summam, quo quaeque prouincia ex hisce Germaniae accesserit illa eo etiam tempore urbes ei dederit *immediatas*. Neque enim e re imperii uisum est, istas regiones Germaniae apertas iterum committere potestati imperioque unius. Quapropter ordine prouinciales ciuitatesque factae sunt immediatae. Nulla uero earum in Germanicis comitiis locum accepit, nisi ex priuilegio. In quo numero *Vesontium, Metae, Virodunum, Tullum* & plures in Belgio fuerant. Sunt in hac causa admodum ieiuni Ioh. Iac. *Chiffetius in Vesontio part. 1. cap. 51.* Ioan. van *Waesberg* in Gerardimontio, urbe Flandriae imperiali *cap. 8.* *Scribanius* in Antwerpia, *Bucherius* in Belgii descriptione; ut argumentum hoc Germanum, id est, patrii iuris gnarum scriptorum expectare uideatur.

*Idem repe-
rendum de
ciuitatibus
Italiae.*

§. XLII. Italiae & Longobardiae urbes non minus imperiales sunt, quod sine periculo illae credi non possent dominis & comitibus. Verum & ipsae *statuum* id est coimperii iure destituuntur.

*Errores lctor.
& historico-
in exteris
urbibus ad-
signandis
Germaniae.*

§. XLIII. Qui Rigam, Regiomontum aliasque in exteris regnis sitas urbes classibus adsignant imperialium: illi produnt non leuem in notitia ueteris aevi ignorantiam. Ut uix opus sit, eos notare. Hanseatici enim foederis societatem in argumentum traxerunt, nescii plane, exteris etiam urbes eidem

dem fidem suam olim addixisse. Atque hisce maculis *Knipschildius*, *Werdenbagen* & uulgares *Poligraphi Saurius*, *Munsterus*, *Zeilerus* gradia uolumina sua conspergere uidentur.

CAP. VI.

APOLOGIA DISCRIMINIS
INTER CIVITATES
LIBERAS ET IMPERIALES,
Reichs- und Freyen Reichs-Städten.

§. I.

PEdem ad iura nunc mouemus, quae, ubi opus fuerit, respondebimus. Non enim in illis uerfabimur, ubi *Icti* sibi satis constant: sed tantum ubi uel haerent uel minus recte docent uel non ex idoneis rerum argumentis.

Locus tantum sit controuersus, ubi hodieque sibi non constant Icti.

§. II. Principio acerrima inter patriae *Ictos* disputatio est, utrum inter ciuitates haec sit diuersitas, ut aliae *imperiales* audiant, *Reichs-Städte*: aliae uero cum additamento *liberae freye Reichs Städte* oder *Frey-Städte*. Dicitur non potest, quam hodieque aqua hic haereat maximi etiam nominis *Ictis*: quamuis nostro iudicio res adeo clara sit, ut magis eommonitione quam disputatione opus esse uideatur.

Ursorte in differentia inter ciuitates liberae & imperiales.

§. III. Sed tamen ingenti doctorum adparatu instructus hoc discrimen explodit *Philipp. KNIPSCILD* *Icti* *lib. 1. c. 1. §. 25.* cum eoque *GYLMANNUS* in *Symphorem*, *plerique*, *tom. 3.* & qui hunc exscripserunt *Webnerus*, *Mayerus*, *Clu-*

Negant differentiam Icti

Cluten, Hoepingk, Sixtinus, Befoldus, Limnaeus & gentium minorum alii. His fere rationibus usi: 1) quia in imperii recessibus nomina commisceantur Frey-Städte & Reichs-Städte 2) neque matricula haec nomina separet 3) catalogus earum urbium desit, quae liberae esse uelint & quae solummodo immediae 4) historia taceat discrimen 5) neque agnoscat usus 6) doctores plerique in castris militent negantium.

Aduersus quos discrimen docetur.

a) Quia ciuitates imperiales originem debent municipiis;

b) annua imperatori tributa pendunt imperiales; non a liberae.

§. IV. Verum necquicquam non mouent uel tela uel numeri partis aduersae. Quin potius spes nobis sit, ut ponant arma & transeant ad nos studio ueritatis.

§. V. Principio omnes quondam Germanici imperii ciuitates municipales fuisse, constat ex *capite* 5. Quod igitur iuris princeps in sui territorii *comites landsassios* nobiles aliosque subditos habuit: illud etiam illi iuris fuit in ciuitates. Neque opus est hic aliquo argumento, cum nulli non constet, municipia quaeque domino territorii hodieque esse tributaria. Cum uero ex causis *capite* 5. enumeratis municipia ciuitates fierent imperiales: in locum ducis territorialis imperator successit atque imperium & utriusque annua tributa soluerunt ciuitates imperiales.

§. VI. Neque uero de iure solum constat, per quod annua tributa a ciuitatibus exegit imperator: sed etiam exempla extra omnem litis aleam id ponunt. Cum ante trecentos annos nulla fere ciuitas fuerit imperialis, quae non annuatim censu ordinario

nario auxerit Caesaris aerarium. Imo in hoc ipso non minima pars uerfabatur Caesaris prouentuum domanialium.

§. VII. Et si uerum est, ut philosophi dicunt, quod *immunitatem imperiales non nisi priuilegio debent.* *privatio praesupponat habitum:* quis de annuis ciuitatum imperialium tributis poterit dubitare. Cum nulla fere earum sit, quarum priuilegia lucem uiderunt, in quibus non diploma habeatur, quo Caesares ab onere hoc annuorum tributorum ciuitatem hanc uel illam non sigillatim exemerunt absolueruntque. Vt plerumque de tempore, causis remediisque constet huius argumenti.

§. VIII. Liberas uero non solum illas dico, quae ab annuis tributis sunt immunes: uerum etiam illas, quae merum & mixtum habent imperium. Verum neque hoc instructi fuerant ab initio ciuitates imperiales. Notum enim est, quod ciuitates pleraeque non aliud quondam genus iurisdictionis habere, quam illud, quod uerfabatur in decoro rebusque ad policiam spectantibus die *Policey Sachen.* Maius enim quid neque hodie *praesumere* licet de auctoritate senatus. Neque alia facies imperialium: nam Caesares, qui in loca successerunt ducum, ciuitatibus exemptis & ipsi iudices dederunt, *scultetorum* nomine insignes die *Kaysersliche Reichs Schulzen und Reichs Schulzen = Gericht in den Reichs Stätten*, quorum iudicio compositae sunt & ciuiles causae & criminales. Quae ergo ciuitas imperii Caesaris sculteto paruit, illa non potuit haberi in classe liberarum. Et quamuis pleraeque ciuitates a

E Caes.

Caesare priuilegia mercatae sint, ut, *remoto Caesaris sculteto, eius personam gereret senatus*: hoc ipsum tamen argumentum est, eius etiam sortis ciuitates ante *liberas* non fuisse, quam ipsae iurisdictionem accepissent.

*) ciuitates genera libertatis a Caesare mercatae sunt priuilegiis pedenrim ac sigillatim.

§. IX. Non dicam de illis iuribus, quae hodie actis uenire solent nomine *regalium* & non minus pertinent ad complementum *libertatis*. Euoluat, cui id uolupte est, chronica & annales imperialium ciuitatum: non leges in illis ullam *libertatis* speciem, quam Caesaris largitione ciuitates non accepissent per priuilegia, non simul concessa, uerum sigillatim, nunc de hoc, iterum de alio genere libertatis. Alia enim occasione iurisdictionem ciuilem, alia criminalem; iterum alia ius legislatorium aut statuta conficiendi; alia rursus uestigialium usus, quae & ipsa Caesarum fuerant; alia ius conducendi; alia libertatem templa, aras, publica aedificia alia extruendi; alia ius detractus exigendi a ciuibus ceteraque sigillatim obtinuerunt. Qua uel rogatione uel largitione singulari opus illis non fuisset, si uno, quod omnia haec & alia plura in suo complexu habet, scilicet *territoriali* iure gauisae fuissent aut uere meruissent nomen urbium liberarum. Speciminis loco *codicem priuilegiorum Francofurtensium* commendo, quae lucem affundent meae doctrinae.

f) liberae ciuitatis nomen publice negatum est imperialibus.

§. X. Quamuis autem imperii curiarum negligentia factum sit, ut *liberae* ciuitates cum imperialibus passim confunderentur; quandoque tamen aduer-

uerterunt hoc discrimen administri reipublicae Germanicae, ut *imperiales* ciuitates interdicerent, ne titulo elogioque *liberarum* uterentur. Solenne est & pluribus scriptoribus testatum exemplum, quo *Aquisgranensibus* ciuibus uitio criminis status uerterunt administri Caesarei, quod *liberae* ciuitatis uerbo uterentur. A quo titulo sibi *Aquisgranenses* hodieque cauent, haud dubie comminatione Caesaris edocti discrimen *liberarum* & *imperialium* ciuitatum.

§. XI. Quid uero argumentis est opus? Cum pragmaticum inter ciuitates *liberas* & *imperiales* discrimen patriae exemplum doceat, quod ita est clarum, ut omnino mereatur, cui herbam porrigat pars aduersa. Scilicet annum tributum ab *Argentoratensibus* an. 1458. exigit imperator Fridericus V. idque uerbis, quae sequuntur: Wir Friederich von Gottes Gnaden Rom. Kayser ic. entbiethen den Ehrfamen Meister und Rath der Statt zu Straßburg, unsern und des Reichs lieben getreuen unsere gnade und alles gut. Erfamen, liebe, getreuen. Nachdem ihr uns und dem Heyligen Reich ohne Mittel zugehohret, und deshalb uns und dem Reich eine Stattsteuer (regula itaque imperatoris est, omnem ciuitatem immediatam sine imperialem teneri Caesari ad annua tributa) von euch iahrlich in unsere Konigliche Cammer zu geben gebürt, und aber uns die bisher nicht gereicht noch geantwortet sind: begehren wir an euch von Rom. Kayserl.

E 2

g) exemplum
liberae ciuitatis,
quae ideo
ab onere se exemtam
putat, quod ferre
solent imperiales.

Diploma Friderici V. an. 1458.

ferl. macht, ernstlich gebiethend; daß ihr uns nu solche aufstehende jährliche Stattstuern ausrichtung und Bezahlung thut in sechswochen und drey tagen, nach dem tage euch dieser unser Brieff geantwortet wird. Und hinfort jährlichen damit auch in andern gerechtigkeiten, so wir und das Reich daselbst haben, gewertig seyt. Oder gnugsame unterricht thut, warum ihr das vermeinet nicht schuldig zu syn, oder ob ihr die sonst iemand anders richet (nam Caesares saepius eius generis annua tributa imperialium ciuitatum aliis ordinibus uendiderunt, oppignerarunt, uel adsignarunt) wenn und aus was gerechtigkeit ihr das thut. Oben zu Wolfenmarkt an. 1458. Verum enim uero tantum abest, ut huic Caesaris desiderio adfurrexerit Argentoratum, ut potius omnem immunitatis causam reiecerit in discrimen inter ciuitates *liberas* & imperiales. Responsoriae enim litterae an. 1458. his uerbis ad nuntios Argentoratenses scriptae habentur: Wir Ludwig von Müllenheim Ritter, der Meister und der Rath zu Straßburg entbiethen Friedrich zum Ruff unser Bier Meister ein zc. Als ist uns gefand ein offen Brieff, darinnen unser gnadigster Herr, der Rom. Kayser an uns fordert Stattsturn, so er meinet jährlich in seine Kayserliche Cammer uns gebühre zu geben und begehret an uns und die ausstehnde Stattsture bezahlung oder unterricht zu thun, um was willen wir solches nicht meinen schuldig zu syn, und ob wir die sonst jemand anders entrichten. Darauff ist unser meinung und antwort,

*Litterae Argentoraten-
sum, quibus
ostendunt hanc
non imperia-
lem ciuitatem
esse, sed libe-
ram.*

wort, daß wir sagen: Daß die Stadt Straßburg ie und ie eine Freystatt in dem Heil. Reich gewesen und noch sey: Daß nun niemand in aller Welt lebe, der zu denken möge, daß die Stadt einerley steuer in des Königs Cammer gegeben habe oder schuldig gegeben sey zu geben, weder einem Kayser noch Könige noch sonst jemanden anders, daß auch Meister und Rath der Stadt Straßburg diß nie keine forderung noch anmuthungen gehöret, denn wenn ein Rom. König nach Rom ziehen will, seine Kayser Eröhne zu umfahen, und die Stadt Straßburg um einen Dienst erfordert; so ist sie schuldig, seinen gnaden (nihil de Maiestate Caesaris) solchen Dienst zu thun nach alter gewohnheit. G b n an. 1458. Quod utrumque instrumentum habet SCHILTERVS ad Koenigshoffum cap. 12 p. 613. Haud dubie ex utroque monumento satis abunde constat cum inter *liberas* & immediatas discrimen, tum *libertas* ciuium meorum Argentorati.

§. XII Ne uero aliquis existimet, parum interesse, quo nomine ciuitas adpelleretur, dummodo re ipsa habeat iura immunitatum: id imprimis notandum est, quod Argentoratum *liberae* ciuitatis elogium a Carolo IV. erogauerit, acceperitque diplomate singulari. Pristini enim iuris memoriam instaurare uoluit cum aduersus obrectatores, tum eo etiam fine, ne quis ignorantia peccet opineturque uerbum hoc inanium specie superbire atque in cuiusuis uoluntate positum esse, eodem uti uelle.

liberae ciuitatis elogium iure datur praecipui.

i) Omisso uerbi, liberae haberetur pro iniuria.

§. XIII. Ad extremum illud etiam fatis comprobatur, quod non leue ab hac formula pendeat momentum. Nam Argentoratensis respublica neque littera aliis scripsit, neque ab aliis scriptas accepit, nisi quae *liberae* ciuitatis uerbo eam salutarent. Imo formulam iurisiurandi, qua Caesari fidem dedit, uerbo eodem oportuerat esse conceptam. *An. 1350. Carolus 4.* his uerbis scripsit Argentoratensibus: Wir Carl von Gottes Gnaden Romischer Kayser etc. entbiethen den Burgemeistern, dem Rath und den burgern gemeinlich der Freyen Statt zu Straßburg, unsern und des Heil. Reichs lieben getreuen unsre Gnad und alles guts. Significantissime idem repetitur in iuramento facto Caesari Carolo V. Wir Burgemeister und Rath dieser freyen Reichs-Statt Straßburg geloben und schweren, daß wir sollen und wollen etc. Herrn Carln Romischen Kayser etc. als eine freye Statt des Heil. Reichs treu und hold seyn, auch alles thun, was wir als eine freye Statt des Reichs, nach unsern Freyheiten und alten Herkommen zuthun schuldig und pflichtig seyn. Als uns helff Gott und die heiligen Euangelien.

k) Testes discriminis ex medio aetuo.

§. XIV. Ultimo loco testes mediæ aevi addam, quorum iudicio discrimen inter ciuitates *liberas* constat & tantummodo imperiales. Et cum patriae res nunc in oculis uersentur, depromam ex his ipsis testimonia. Ita enim seculi XIV. scriptor Iacob von Königshofen in chronico Alsat. cap. 2. p. 128. §. 202.

§. 202. hievon warent grosse irrungen in der Pfaffheit in des Reichs Statten und in den Frigen Stätten. Diploma capituli Argentoratensis an. 1452. conceptum est his uerbis: *nos testimonium ueritatis dicimus, quod ciuitas Argentoratensis a tanto tempore cuius iniiu non est memoria, fuit & existit ciuitas * libera. Quocirco duntaxat seruire consueuit imperatori Romanorum ad suam coronationem non ultra. Item quod ciuitas consules & consulatus & eorum officiatos instituit & destituit, praecipit, mandat, interdicit praecepta & mandata publicari facit.* Eadem uerba eodem an. 1452. repetit alius testis, a republica rogatus *Iacobus de Liechtenberg.* Idemque eodem quoque tempore testatus *Henricus comes Biontanus* & eius agnatus *Hannemannus.* Quos libellos omnes exhibet anonymus *libertatis Argentoratensis* pag. 40. 41. seq. editus ante triennium in 4t.

§. XV. Superest, ut respondeam quoque argumenta *Knipschildii* & adsecularum, partis aduersae, §. 4. cap. 6. recensita summam. Ad primum, quod recentioris aeuu recessus imperii uel minus curate loquantur uel abutantur uerbo *liberarum* in iusto laxiori significatu. Ad alterum & tertium quod filum consecutionis nullum sit, catalogos rerum non haberi, ergo rem ipsam falsam esse. Ad quartum, quod a silentio scriptorum nullum peti queat argumentum. Quamuis contrarium pateat ex §. 14. antecedente. Ad quartum & quintum falsum esse utrumque. Nam historia ostendit causam discriminis §. 5. cap. 6.

Diffolutio aduersae partis argumentorum.

cap. 6. Iusumque §. 12. 13. 14. cap. eiusd. Ad sextum recentiores Istos coecos in his duces esse, quae repeti debeant ex uetustioris aevi monumentis; ut adeo operae pretium non sit, enumeratione illorum tempus perdere, qui faciant nobiscum.

DEFINITIO

einer gemeinen Reichs-Statt;
a) extra Germaniam usitata, ubi sufficit immedietas zu einer Reichs-Statt.
b) in Germania, ubi eius status requiritur, quae significantius diceretur eine mitregierende Reichs-Statt

§. XVI. Ceterum ut etiam definitione constet quid inter *liberas* & tantummodo *imperiales* ciuitates intersit, utramque hic accipe. Est ergo *ciuitas imperialis*, quae Caesari imperioque pareat absque intermedio domino territorii. Quo sensu etiam illae urbes imperiales sunt, quae tamen iure suffragandi in comitiis, summam coimperio destituuntur. Vtpote ciuitates sitae extra Germaniam, Italiae, Burgundiae, aliarumque prouinciarum. Communiuero iuris publici significatu *imperiales* in Germania audiunt: quae non solum domino territorii destitutae soli parent Caesari imperioque; sed etiam sunt in societate coimperii Germanici. Quamuis enim unum possit esse sine altero. Quod olim etiam mediatis id est prouincialibus ciuitatibus locus fuerit in coimperio comitorum; hodie etiam postquam numerus urbium in comitiis semel constitutus & definitus sit, fieri queat, ut urbs emancipetur a domino territorii, quae ideo imperio absque domino intermedio pareat, sed eapropter non illico ius status aut coimperii accipit in comitiis, ut potius ad consequendum alterum hunc gradum nouo Caesaris imperii que consensu opus esse uideatur.

Definitio eius
ner 1) freyen

§. XVII. Sed his limitibus necquicquam continetur ciuitas *imperii libera*, Ciuitatibus enim tantum.

tummodo imperialibus denem gemeinen Reichs Städten imperator, aut, uacante imperio, uicarii sunt in star domini territorialis §. 5. h. cap. adeoque quicquid domino territorii fas est in municipia & urbes prouinciales, illud etiam iuris habet in imperiales tantummodo ciuitates imperium & imperator. Id est, quo §. 6. 7. h. cap. dictum: *Imperator in illis urbibus iurisdictionem habet, annua tributa percipit, uectigalia, census, multas, iura fisci ceteraque generis eiusdem*, quae post alia argumenta intelligi queunt ex tit. 5. §. 1. AB. & ex diplomate Ruperti Caesaris, quod Dn. Praeses exhibet in commentario ad AB. p. 554. Vbi iura illa Caesaris in communibus ciuitatibus imperii commendantur uicariis. Verum enim uero libera ciuitas ab hoc onere est immunis & iure gaudet territoriali, ut maioris ordinis status alii, ipsa sibi lex est suorum ipsa prouentuum domina, neque Caesari imperioque tenetur, nisi ad collectas summamque in matricula definitam. Qua in re parum est, quod liberae ciuitates differant in Germania a liberis ciuitatibus extra eandem in Italia. Si enim & hae ex iure territoriali Caesaris siue priuilegio siue longo iuris usu emancipatae sint, inter utramque nihil interest intuitu libertatis ipsius. Quamuis liberis ciuitatibus in Germania illud accedat iure praecipui, quod adscitae sint in societatem coimperii in comitiis atque adeo nomen mereantur *der mitregierenden Freyen Reichs-Städte*. Est ergo ciuitas Germaniae imperialis libera illa, quae 1) Caesari imperioque, absque domino territorii intermedio, patet 2)

Reichs: Stadt
sensu extra
Germaniam
usurato.

2) einer mitregierenden Freyen Reichs-Stadt.

in quam ius territoriale nec Caesar habet nec imperium
3) quaeque in societate coimperii est constituta.

Mater confu-
sionis ambigui-
tas uerbi liber-
tatis.

Adposita di-
uersitas inter
Landes Hoheit
& Landes Herr-
lichkeit.

Quae tamen
uno seculo n.
habet uetustio-
rem aetatem.

§. XIIX. Verum in hac doctrina mater esse solet confusionis; quod *libertatis* uox in iure sit admodum ambigua. Nunc enim in *largiori* significato illis tantum ordinibus tribuitur, qui pleno iure *territorialis* gaudent; iterum uero *strictiori* sensu de illis dicitur, qui unam tantum uel alteram habent iuris territorialis *partem*. Hodie stylo imperialis curiae *primi* generis ordines habent, *die Landes Hoheit*, id est usus omnium regalium in uno complexu, *posterioris* autem gaudere dicuntur *der Landes Herrlichkeit*, ubi ab uno regali filum consecutionis non est adreliqua. Quamuis autem discrimen inter *Landes Hoheit und Herrlichkeit* unius fere seculi aetatem non excedat, ut ordo Ictorum, quod fide Dn. Praefidis habeo, nuper respondit in C. de S. aduersus domum S. V. est tamen hoc tempore usus in plerisque Germaniae cancellariis receptissimus. Ciuitates autem destituuntur nomine, quo *liberae* internosci possent ab *imperialibus*. Qua propter fit, ut neque in ipsis imperii recessibus unum genus ab altero seiungatur. Si tamen, quod res ipsa postulat, dicere debemus: olim *liberae* ciuitates *frey Reichs-Städte* illae tantum dictae fuere, quae acceperant ab imperatore *ius territoriale*; aliae autem, quae unam tantum uel alteram eius partem acquisuerant, ea propter nec nomen neque classem mutarunt, sed utrumque retinuerunt. Intelligitur hoc ex stylo cancellariae & sigillatim ex *formula bo-*
magii,

magii, in qua primi tantum generis ciuitates audiunt: *schwöbren dem Kayser und dem Reich als eine Freye Stadt treu und hold zu seyn*; quod de alterius generis urbibus necquicquam legitur.

§. XIX. Quid uero? Litigant partes inuicem utri classi ciuitas aliqua sit adnumeranda. Ciuitas sibi libertatem adrogat; quam negat imperator. Hoc casu notandum iuris axioma; *nullam ciuitatem praesumi liberam*. Vt adeo, quae ciuitas imperii libertatem adlegat, siue uniuersim siue in una alteraque parte sigillatim, illa eandem probare teneatur. Ratio est haec: quoniam omnes quondam ciuitates fuere municipales, ut *cap. 5.* dictum doctumque. Municipiis uero a potestate ducum exemptis, in locum principis Caesar successit & imperium. Deinde, quia ciuitates pleraeque unam uel alteram iuris territorialis partem acceperunt, ut adeo neque a *particulari* uno ad aliud, neque a *particulari* ad *uniuersale* ulla sit consecutio. Sit casus: *adrogat sibi ciuitas* 1) immunitatem ab annuis tributis 2) exemptionem uectigalium 3) ius iudicii *ausser denen Possitzen Sachen* 4) ius statuta condendi 5) ius detractus *die Hebung der Nachsteuer* 6) ius mulctarum & quae sunt generis eiusdem: nihil dandum ciuitati, neque uniuersim neque sigillatim, cum in municipiis haec iura principis sint, in imperialibus ciuitatibus imperatoris. Necessesse est itaque, ut, quod sibi adrogat ciuitas, probet, se id uel a principe suo accepisse uel ab imperatore. Pro utroque enim eousque militat praesumptio.

Num imperiales ciuitates praesumantur liberae? Negatur.

F 2 §. XX.

Libertatem ue-
ro probant uel
iure reseruiti-
uo uel consti-
tutio.

§. XX. In probanda uero libertate ordo obser-
uandus, plerisque latis ignoratus. Scilicet inqui-
rendum est in primam cuiusque ciuitatis originem.
Vel enim imperator ciuitatem ex nexu municipali exe-
mit, ducatu prouinciae uel extincto uel in partes
scisso: uel ipsa ciuitas libertatem a principe territor-
iali redemit imperioque immediata facta, adscripta
est matriculae imperialium. Primum quando fa-
ctum est, imperator in loca ducum successit, qui
omnia iura sibi imperioque adseruit, ut, post imme-
diatam, eius generis ciuitas prae municipio nihil
praecipui habere uideatur, ut *cap. 5.* est explicatum.
Quod si uero in uno alterque imperator aliquid ci-
uitati remisit, illud priuilegio factum est, quod do-
ceri debet, non praesumi. Alterum uero si accidit,
quod tamen euenit rarissime, imperator nihil iuris
in ciuitatem accepit, nisi quod illa sponte cesserat in
manus illius. Cessio autem haec iterum facti est
neque praesumitur, sed pactis usuque debet com-
probari. Quapropter huius generis ciuitas praes-
umptionem habet libertatis. Atque Caesari impe-
rioque onus probationis incumbit, quoties aliquid
iuris in eam postulat.

Multum in-
terest inter ci-
uitates consti-
tutione & re-
seruatione li-
beras.

§. XXI. Summatim primi generis ciuitatibus
libertas est constitutiua; posterioris uero reseruatia. Illa
probari debet; praesumitur uero haec: illa Caesaris
beneficium est &, loqui sic liceat, *feudum datum*: quo
scilicet intuitu etiam apud comites & principes regio
allodium esse potest, regalia autem feudum; haec prin-
cipis territorialis largitioni principium debet, &, si
feudum adpellatur, *non nisi oblatum* potest adpellari:
illa

illa

illa interpretationem extensiuam habet; non *haec*, quae in tantum strictioris est sensus; in quantum iuribus obuersatur imperatoris imperiique: *illa* in odiosis est; *haec* in fauorabilibus: *illa* facilis libertatem iterum amittit; *haec* nonnisi omnium difficillime: *illius* generis ciuitates facilius etiam alienantur; quam generis *alterius*. Ad extremum, si Germania recuperatorio iudicio uti uellet, libertas *illarum* facile reuocaretur, uerum securae ab illo *hae* essent, quippe quae liberalitati principum territorialium debentur, nec quicquam Caesarum indulgentiae & improbae dissipationi. Atque in ultima classe, post *patriam* meam, *Hamburgum*, *Embdam*, *Bremam* & generis istius alias habeo; ad *primam* autem refero *Sueuiae*, *Franconiae* ciuitates omnes & Rheno uicinas in Caesaris imperiique dominio.

§. XXII. Vt uero id sigillatim exemplo constet, iterum ad patriae annales prouocamus. Patria enim ante *libera* fuit, quam ad imperium accessisset. Adeoque libertas ei *reseruatina* est nec quicquam *deriuatiua*. Obtulit se imperio, sed *salua* sui *libertate*. Quapropter omnia praecipui iura & praerogatiuas meretur, quas in praecedenti §. 22. dedimus ciuitatibus, *reseruatione* liberis. Id quod membratim docere possem, nisi res instituti esset prolixioris.

§. XXXIII. Ceterum quamuis ueritatis causa disputem, non uero ad sensus utilitatesque aliorum: ne tamen operam in discutiendo hoc maximorum lctorum errore frustra fecisse existimem, de usu *retioris* in hoc argumento iurisprudentiae aliqua edisseram.

Exemplo Ar-
gentorati.

Vsus iuris
prudentiae re-
tioris in hoc
argumento.

a) pro Caesaris
recuperando
doman'o, si im-
periales non
illico liberae
existimentur.

§. XXIV. Principio nihil iniquum esset, si hoc inter ciuitates cognito discrimine, examen iniretur: quae ciuitas imperialis tantum sit, quae uero praeterea sit inter liberas. Quod certissimum esse, credam; ignorantiam huius discriminis fecisse, ut plures sibi libertatem adrogauerint nullo prorsus iure. Hae itaque reduci possent ad pristinam, in qua olim floruerant, faciem. Quod consilium illi non spernent, qui hactenus solliciti fuerunt, de recuperando Caesari dominio.

b) ne iura liberarum cum imperialibus confundantur.

§. XXV. Deinde agnoscit ex hoc discrimine imperium, quid ei liceat in ciuitates uel minus. Consilia enim circa tributa & reductionem scultetorum, die Wiedereinführung der Reichs-Bogteyen und Reichs-Schulzen Aembter, non tangunt illas, quae reservatione liberae sunt §. 20. 21 b. c. Et quamuis neque illas tangere uideantur, quae libertatem constitutionem habent; his tamen regulae iuris opponi possunt; quod priuilegia amittantur abusu, quod beneficia propter ingratitudinem liceat reuocare, & quae sunt eiusmodi. Quorum uero neutrum ferire potest ciuitates liberas reservatione. Imo si imperium in unius generis ciuitatibus iniquitatem sentit; non illico animum abiicere debet in illis, quae sunt generis alius.

c) ut sciant Istiti ubi uel praesumptionibus locus sit uel probationibus. Probationes si ex priuile-

§. XXVI. Tum recuperatoriis iudiciis institutis, anteuidendum est, quae ciuitas libera sit reservatione. Huic enim praesumptiones libertatis frustra in dubium uocabuntur. Contra uero in ciuitatibus constitutione id est largitione Caesarum liberis uidendum est: a) num Caesar largiri potuerit iura liber-

libertatis cum tanto imperialis domanii detrimento b) num priuilegia re uera extent, quae ciuitas teneretur exhibere c) cum priuilegia partem forte indulgeant libertatis, id est, genus unum uel alterum, post uero factum sit, ut ciuitas sibi usurparet omnem complexum d) annon amiserit priuilegia ciuitas abusu uel quodam genere delicti e) num redemerit a Caesare priuilegium senatus, an uero populus, & si huius e re sit, ob procerum tyrannidem, priuilegia iterum tolli, quid iustum sit factu f) quis imperatorum largitor fuerit priuilegii, notum enim est Wenceslai diplomatibus imperiali decreto fidem omnem subtraetam fuisse g) facta largitione quis status reipublicae fuerit h) quam causam prae se ferat priuilegium & quae sunt generis eiusdem, unde in dubium uocari possunt uires priuilegiorum.

gio repetatur, quod institui queat examen?

§. XXVII. Verum in tot seculorum lapsu aduersus recuperatoria iudicia sufficere dicent *Quid dandum sit praescri- ptioni?* *praecriptionem.* Ego uero causas non uideo, quare ad haec tela imperium extimescat. Praescriptio enim in causis rerum hominumque priuatorum merito locum habet: ne ciues inertia peccent, desidiae pleni; ne lites sint multiplices & difficiles; ne probationis argumenta temporum aerugine obruantur; ne rerum dominia aeterno sint incerta; ne praefunctiones ex legibus exulent rerum derelictarum & quae sunt generis eiusdem. Verum singula ferre haec momenta ita se habent, ut cum aliis publici iuris argumentis, tum nostro maxime *prorsus sint* in-

inconcinna. Quis enim poenam irrogabit reipublicae? qui ob Caesarum defidiam mulctabitur imperium? quas tenebras finget pars aduersa, ubi loquuntur annales, priuilegia, imperialis tabularii plenae fidei instrumenta? Tandem, quis animum derelinquendi adfinget imperio in tanta rerum imperialium paupertate, inque rebus ac iuribus in Germaniae medirullio?

*Vbi illa nullo
non tempore
dormit.*

§. XXVIII. Sit uero locus praescriptioni eius generis causarum. Dormiet tamen illa, ubi iura laeduntur minorennium & pupillorum. Atqui sine his nullo tempore est respublica. Ita uero horum bona laeduntur. Quod imperatori, in tantis rerum angustiis constituto fas sit, tributis ordinum succurri. Ordines uero collectas imperii non ex redditibus sui domanii soluere, sed ciues subditosque *subcolle-
-tare*, uerbo curiali utor, iuris est notissimi. Et in his ratio habenda pupillorum, minorennium, pauperum, personarum miserabilium generis eiusdem.

*Quid sentien-
dum de praes-
-criptione im-
-memoriali?*

§. XXIX. Neque est, quod *praescriptionem* immemorialem, anile illud terriculamentum, recuperariis iudiciis opponamus. Vbi non obtinet longissimi temporis praescriptio, ibi multo magis exulat *praescriptio immemorialis*. Hanc enim Romani in rebus tantummodo nauci adhibuerunt, ubi operae pretium non fuerat, *tempus* probare praescriptionibus *longis & longissimis* definitum: uerum ubi satis esse uidebatur, *contrarii memoriam* non extitisse; quamuis obscurae rei aetas non esset unius uel alterius

rius anni. Frustra ergo doctores sunt, qui regalia, domanialia resque maximi momenti alias, quas longissimo tempore praescribi non posse, ipsi iudicant, *praescriptione* tamen amitti opinantur immemoriali. Qui error cum sit communissimus plenius excuti debet, quam praefens nunc fert institutum. Colligemus tamen hic calculos summatim.

§. XXX. Principio uerba legum recitabimus, quae pro adserenda immemoriali praescriptione solent allegari. Potissima earum est *L. hoc iure 3. §. 4. ductus ff. de aqua quotidiana*, ita enim ibi POMPONIUS: *Ductus aquae, cuius origo * memoriam excessit iure constituti loco habetur.* Alteram habet Scaeuola *L. 26. ff. de aqua pluuia arcenda* his uerbis: *Scaeuola respondit solere eos, qui iuri dicuntio praesunt, tueri ductus aquae, quibus auctoritatem * uetustas daret, etsi ius non probaretur.* Tertia et quarta huic congruunt *L. 1. si cui aqua §. 23. ff. de aqua pluuia* ubi VLPIANVS: *si lex agri (in aqua pluuia) non inueniatur, * uetustas uicem legis tenet.* Idem fere PAVLVS *L. 2. pr. ff. de aqua pluuia* dicit: *tria sunt per quae locus inferior superiori seruit (de aqua pluuia non minus fermo) lex (constitutio), natura (fitus), uetustas (tempus immemoriale).* Iterum VLPIANVS alio loco *L. 10. pr. ff. si seruitus uindicetur*, ita sentit: *si quis diuturno usu (cuius memoria non extat) & longa quasi possessione ius aquae ducendae nactus sit, non est ei docere de iure.* Adde aliam LABEONIS *L. 2. §. 7. ff. de aqua pluuia*: *plane si fossa iure facta sit, aut * cuius memoria non extat, agi tecum posse aquae pluuiae arcendae, ut rescias.* Et PAVLVS *L. 23.*

Quid de LL.
huius praescri-
ptionis?

prima,

altera,

tertia,

quarta,

quinta,

sexta,

septima,

G

l. 23.

l. 23. ff. eodem ait: *aggeres iuxta flumina in privato facti in arbitrium aquae pluviae arcendae ueniunt, etiam si trans flumen noceant, ita si memoria eorum extet & si fieri non debuerunt.* Atque hae illae leges sunt, ex quibus *immemoriam* praescriptionem doctores non solum effinxerunt; sed etiam, multo grauiori erratione, eandem praetulere longissimi temporis praescriptioni, ut, quae *triginta, quadraginta aut septuaginta*, imo *centum* annis praescribi non possent, illa iura praescriptionis *immemorialis* idolo extinguerentur. Quae opinio quamuis sit *communissima* & omnes fere doctores habeat patronos, nobis tamen & iniquissima uidetur & alienissima a rationibus iuris Romani.

Idolum praescriptionis immemorialis ex iurisprudencia eueritur. Quia a) praescriptio immemorialis obrinet tantum in rebus minoris momenti.

b) absque esse rem ipsam praescribi posse, non rei seruitutem.

§. XXXI. Id scilicet demonstrandum a nobis est, quae iura praescribi nequeant *longissimi* temporis praescriptione, illa multo minus praescribi posse praescriptione *immemoriali*. Primo enim leges Romanae *immemoriali* praescriptione notant res longe minoris momenti, utpote aquae pluviae cursum, quam illae sunt, quas afficit *longissimi* temporis praescriptio. Ut adeo fieri non possit ultimam primam esse minorem. Deinde absurdissimum esset, res ipsas pro diuersis earum rationibus praescribi decem, uiginti, triginta, quadraginta annis; rerum autem seruitutes maius quid uelle, id est, his praescriptionibus maiorem & magis momentosam, *immemoriam*. Quasi facilius esset, rem omnem amittere, quam rei aliquam partem modumque. Contra potius arguendum; ei cui uitam eripere possum, quid-

quidni eripere possim libertatem. Vr adeo egomet cum illis omnino faciam, qui ita sentiunt, seruitutes uel longo uel longissimo tempore praescribi uel, si doceri hi termini nequeant, demum immemoriali. Praeterea cum rei notitia, quae forte in obscuro loco aut pestis tempore facta est, uno uel altero mense ex hominum memoria possit excidere; hinc manifesta est consecutio, longe absurdissimum fore praescriptione immemoriali uel iura reipublicae delere uel res illas, quae non nisi longissimi temporis praescriptione possunt amitti. Ita enim praescriptionis immemorialis patroni fere omnes *l. si arbiter 28. ff. de probation.* accipiunt, ut praescriptio immemorialis non instrumentorum, sed hominum memoriam requirat superstitum, qui id factum esse uel ipse uidisset uel audiisset ab aliis. Ad extremum memini etiam sententiae fidissimi praeceptoris mei, b. m. Strykii, quem Papiniani nomine merito suo cum Fridericiana dolet, tum orbis fere litteratus uniuersus. Scilicet ipse agnoscit uir, post fata etiam illustris, praescriptionem immemoriam nimium licenter doctores principibus oberuisse, quasi *regalia*, arae & foci huic idolo essent dicandi. Ipse tamen substitit in huius atrio ueritatis, quam primis labris hic attigit magis, quam imbibitae digessit. Haec enim eius uerba sunt in *epistola*, qua praescriptionis immemorialis patronum, cui de partu huius fulminis gratulari debuerat, non immerito notauit: Sane materia praescriptionis immemorialis, inuoluta est dubiis, licet eius auctoritas ubique lo-

c) immemoria-
lis praescriptio
potest esse unico
etiam anno
breuior.

d) ab hac ueritate quam proxime abest b. m. Strykius.

corum maxima sit, adeo, ut etiam reges principesque, quod mirandum omnino est, huic amorum curriculo iura eminentiora submiserint, imo in uindicandis illis, quae a subditis inique occupata uel usurpata sunt, * casum exceperint praescriptionis immemorialis. Quod si autem penitus inquiratur, unde descendat hoc iuris unicum, non illico patebit responsio (quam nos dabimus inferius). Non quidem ignotum est, iam iam iure Romano * uetustati hanc tributum esse auctoritatem ab *Vlpiano Pauloque*, *Idem*, ut uicem legis obtineat l. 2. §. ult. & l. 3. ff. de aqua pluu. & aquae ductu, cuius origo memoriam hominis excessit iuris constituti loco haberi a *Pomponio* l. 3. §. 4. ff. de aqua quotid. At uero haec ad iura priuatorum inter se spectare (adde, talia iura, quae non merentur, ut longi aut longissimi temporis lapsus a praescriptore probetur), contextus ipse docet neque inde aliquid praesidii accedere potest rerum principis possessoribus. Nescio an maioris facere debeam candorem scribentis, an simplicem animum athletae, qui notam in se scriptam bona fide operi suo praemisit. Ad extremum causae huius errationis aperiri possunt, quibus exclusus sit foerus fulminator praescriptionis immemorialis. Absona scilicet & pessime congruens interpretatio cap. super quibusd. 26. X. de verb. signif. quod ita se habet: Cum pedagia tibi (comiti Tholosano.) interdixerit legatus (apostolicus), duximus illa esse pedagia interdicta, quae non adpareat uel imperatorem, uel regum uel concilii Lateran. largitione concessa uel ex antiqua consuetudine, a tempore * cuius memoria non extat, introducta. Inde ergo igna-

e) Cap. 26. X.
de V. S.
pessime intelli-
gitur omnibus
latis.

ignauorum interpretum regula iuris: *praescriptione immemoriali regalia praescribi, templa aras, focos, & nihil denique non*, a quocunque illa possessore adlegeretur. Verum tamen cum omnes ita sentiant Icti, suam quoque ignorantiam produunt omnes causae, ob quam scriptam esse capitulum constat. Scilicet conuenerat apostolicus legatus cum Raimundo Tholosano comite cc. an. 1210. ne nouis uectigalibus uel subditos oneraret uel peregrinatores. A qua conuentione cum breui post discessisset comes, ab legato papae sacris interdicatur. Querelam inde mouet apud papam; quasi uectigalium ergo *excommunicatus* esset, quae tamen inter fisci iura sint referenda. Respondet papa, non prohiberi comitem a uetustiorum uectigalium perceptione, sed tantum ab exactione illorum, quae intra hominum memoriam, nouo ipse instituto, iter facientibus imposuisset. Docuit me hanc historiam *Guilielmus CATEL en son histoire de Tolose liur. 2. ad an. 1210. p. 260.* cuius uerba recitatu sunt prolixiora. Patet itaque, non hic de amissione, sed acquisitione regalium sermonem esse; deinde comitem Tholosanum, sui iuris principem, non praescriptione triginta aut quadraginta annorum onerari potuisse, uerum id ei satis fuisse, si non extitisset memoria, quo comes noua uectigalia indixisset; postea rescriptum hoc Papae in personam comitis, a pacto resilientis, conceptum esse adeoque alios nec quicquam obligare. Quo certe rerum statu opus non est effugiis aut diuerticulis; *a papae rescriptis principum iura non pendere;*

euangelicos minimum principes eisdem diu nuntium misisse, & quae sunt generis eiusdem, quibus b. m. doctor meus hoc fulmen euitare conatur. Est enim ex supra dictis satis clarum, pontificis animum hic non fuisse, ea quae neque longi neque longissimi temporis praescriptione amitti possunt, extinguere praescriptione immemoriali. Id quod fuerat demonstrandum. Et qui adeo improbus adfertor fuerit papa; Cum tanta rectoris dogmatis religio sit cap. in electo 33. X. de iureiur. Vt qui inde patrociniū praescriptioni domaniorum repetunt, cum rectoratione insanire uideantur.

*Quibus istis
fabula debeatur
praescriptionis
immemorialis.*

§. XXXII. Merito itaque praescriptionem immemorialem cerebro & figmentis tribuere possumus tectorum, qui uel ignauia lapsi sunt, uel malitia studioque partium. *Primum* fieri potuit, cum, quod doctores in legum occasiones causasque inquirere nesciant, quarum gratia condita fuit, optimo adeoque interpretationis praesidio destituantur; tum quod cursum & quasi per transennam scripta cum legibus ipsis soleant permiscere. *Alterum* uero ut credam, mihi rerum administrari suadent. Hi enim cum plerumque etiam spolia principis & reipublicae in diuitiis uel suis numerent uel suorum: principi oculos hoc glaucomate obduxere, finem omnium iurium facere praescriptionis idolum immemorialis. Sed haec omnia exigunt scenam pleniorē. Nobis enim hic illud satis est, nenias canere, quotquot imperialis ciuitatum licentiosas & uiolentas emancipationes a nexu, quo Caesari imperioque addictae sunt, tueri

cueri conantur tegumento praescriptionis immemorialis.

CAP. VII.

FABVLAE ICTORVM,
IMPERIALES CIVITATES GAUDERE
IVRE TERRITORIALI.

§. I.

AMbigui sunt titubantque in hoc argumento Icti & quamuis una quaestionem neget, alter affirmet eandem: latent tamen utrosque idoneae ad sentiendum & respondendum causae. Quapropter quilibet eam sibi opinionem eligit, quam sibi utilem fore existimat: quod cuique facere omnino licet, quamdiu hoc thema pro iuris habetur problemate, de quo sentiri & disputari possit in partem utramque.

*Argumenti
difficultas in-
ter Ictos.*

§. II. Nuperrime, *Wilduogelio* praefide, multi magnique neminis Icto, candidatus iuris *Fridericus Heilbronnerus* argumentum hoc respondit publice *de superioritate territoriali ciuitatum imperialium*. Verum enim uero alia fere argumenta auctor non habet, quam illa, quibus olim iam usus est *Knipschidius lib. 2. cap. 5.* ut iura territorialia ciuitatibus adfereret imperialibus. Ut taceam illum prolixum quidem esse in origine *superioritatis territorialis* inuestiganda & uariis doctorum recensendis opinionibus, breuem in adplicatione eiusdem iuris ad imperiales ciuitates. In neutro capite uel ipsi consentimus uel ulli doctori.

*Opusculum de
eo nouissimum.*

§. III.

Error litor.

1) quod con-
fundant inui-
cem iura terri-
torialia a) ar-
chibincipum,

b) principum,

c) comitum.

§. III. In origine superioritatis territorialis commisceri non debent ordines, de quorum superioritate instituitur disputatio. *Archiprincipes* enim eandem acceperunt extinctis Carolingicis imperatoribus an. 912. quod dictum est *cap. 3. §. 6.* & plenius a *Dn. Praefide in dissertat. Germaniae principis sub Cunrado I. cap. 5.* ut frustra sint aliter sentientes. *Principes* uero alii ante non consecuti sunt territorii iura, quam, diuulsis uel extinctis ducibus, imperator cum imperii consensu eadem illis detulisset. Quam metamorphosin Friderico I. imperante & post tempora Cunradi IV. accidisse Germaniae, scriptum est *cap. 5. §. 7. 8. 9. 11. 12. 23.* De *comitibus* uno id tempore factum esse, dici nequit. Cum enim non reperiam, comitem ullum, iurisdictioni ducis exemptum, intra limites sui comitatus id Caesari dedisse, ut iura territorialia ab illo exercerentur: inde coniecturam habeo, comitibus quoque, exemptione facta, illico territorii iura accessisse; quamuis neminem lateat, comitibus prouincialibus ciuilem tantum iurisdictionem demandatam fuisse omni imperio territoriali penes archiprincipes uel duces. Inde est, quod generis illius comitibus, quo duces aut principes facti sunt, intuitu potestatis suae in subditos uasallos nil quicquam accessit, quod comites ante non habuerant, quam a Caesare principes essent adpellati. Imo dubito, ut exemplis rem illustrem, comites Holfatiae & Würtenbergi ante sub comitum titulis uel etiam in ipsis comitiis minorem auctoritatem habuisse, quam post in illis nacti sunt
crea-

creati principes. Non enim mihi persuadere possum primum Friderico V. alterum Maximil. I. impetrantibus suffragia tantum curiata habuisse. Inter principem ergo & comitem imperialem tum nihil interfuit, quam nomen. Quapropter domini territoriorum Belgii & in ipsa Germania limitanei comites, markgrauii, operae pretiam non habuerunt, nomen otiosum mercari, sed comitis uerbo acquirerunt. Quamuis iidem comites quandoque & principes & duces nominentur in diplomatibus, nonnunquam etiam *comites principales*, *Gesürstete Graffen*, ut a comitibus landsassii distinguerentur. *C. d. Ciuitatum.* *uitatum* uero nulla ius territoriale habuit *ordinario*. Quoniam exenctis ciuitatibus imperator fuit loco ducis *cap. 6. §. 5. 6. 7. seq. & in primis §. 17. p. 41.* qui omnibus etiam illis iuribus defunctus est, quae ad regalia & territorialia ciuitatis pertinere uidentur. Scilicet imperator eius generis ciuitatum iudicia exercuit, leges tulit, indixit gabellas, census percepit, priuilegiaque & contulit & sustulit omniaque fecit, quae esse solent domini territorialis. Qua in re tantum prouoco ad diplomata ciuitatum imperialem, unde constat, Caesares illis nunc unum regale, iterumque alterum sigillatim concessisse. Vnde omnium clarissime constat, neque ciuitates imperiales, quod Caesarum largitione demum acceperunt, antea habuisse, neque uno eadem tempore accepisse adeoque ante illis iura territorialia tribui non posse, quam complexus omnium regalium doceatur.

H

§. IV.

II. *Ictus error*
quod territorii
iura, quae libe-
ris ciuitatibus
competunt et-
iam tribuunt
imperialibus.

§. IV. Deinde labuntur in eo Icti Germaniae, quod ciuitates *liberas* confundant cum *imperialibus*. Quamuis enim *primo* generi ciuitatum denent *freyen Reichs. Stätten* territorii iura danda sint, quod scripsimus *cap. 6. §. 17. 18.* ea tamen dari nequeunt illis, quae tantummodo in classe sunt imperialium. Quis enim territorialia iura tribuet ei, qui alteri annuatim est tributarius, qui legislatorio & iudicio iure destituitur, rebusque aliis, in quibus ratio uersatur territorialium statuum. Sed omne hoc imperialibus ciuitatibus deesse, non uno loco diximus *cap. 6.*

III. *Error*
Ictus. quod sin-
gularia con-
fundant cum
uniuerso.

§. V. Praeterea falluntur Icti, qui ab uno & altero regali inconsiderate arguunt ad complexus omnium. Summatim, quod illa, quae nomine ueniunt *der Landes Herrlichkeit* confundere cum illis soleant, quae complectimur uno uerbo *der Landes Hobeit*, quod *cap. 6. §. 18. p. 42.* explicauimus. Sit enim ciuitati, Caesare largitore, datum esse ius monetandi, ius magistratuum, iudicarium & pauca alia: non ea propter imperator excidit iuribus in istam ciuitatem aliis. Cum a particulari ad uniuersale filum nullum sit consecutionis. Quamuis igitur in ecclesiastico iure autonomiam habeant ciuitates omnes imperiales, quae sacris addictae sunt euangelicis, quod fidei formula Caesaris non ferat, hac sparta defungi *principem secularem*, ut adeo *Artic. V. thes. 16. §. 48. 49. Instr. Pac.* non minus ad easdem, quam ipsos imperii principes uideatur pertinere: nulum tamen inde ad iura territorialia est argumentum.

Cum

Cum praeter iura consistorii nil ciuitatibus ibi datum esse uideatur.

§. VI. Porro urget *KNIPSCHILDIVS* lib. 2. cap. 4. *IV. Error*
n. 10. neque sine errore, ius tamen statutum non otio-
 sum esse, sed iure amictum esse territoriali Thom. *MIS*
CHAEL de iurisd. concl. 44. Verum ius status nihil con-
 fert aut detrahit iuribus territorii, quorsum confer-
 ea, quae scriptum *cap. 6. §. 16. 17. p. 41.* Nam illae non
 minus ciuitates, quae Caesari annua soluunt tributa,
 quae magistratuuum, statutorum aliisque iuribus fue-
 re destitutae, imo, quae prorsus fuere prouinciales
cap. 4. toto, nihilominus suffragia in comitiis tulisse
 constat; ut adeo primo iuri cum altero nihil prorsus
 sit commune. Quare nec hodie in concinnum
 est, comitem aut episcopum *prouincialem* esse siue
landsassum & eundem tamen suffragii iure gaudere
 in comitiis. Notae sunt controuersiae de comita-
 tibus Waldeccensi, Mansfeldensi aliisque. Quarum
 causarum patroni utinam magis uersati fuissent in
 rebus medii aevi & minorem in legibus Latii in-
 dustriam habuissent.

§. VII. Ad extremum prouocat *KNIPSCHIL-*
DIVS cap. 5. n. 10. aduersarios, ut nomen imperialem
 ciuitatem, quae iure territoriali sit destituta. Imo
 addit: si neque imperator, neque imperium ius *exerc-*
 cent *territoriale* in ciuitates imperiales, necessum est,
 ipsas eodem gaudere. Verum, quod ad *primum* at-
 tinet, catalogus illarum ciuitatum huc pertinet, ubi
 Caesar hodieque *annua tributa* uel ipse percipit uel
 adsignat eadem aliis; ubi uerbum auditur imperia-

lis sculteti des Reichs Schulzen; ubi ex codice privilegiorum civitatis constat, Caesares ei quaedam iura dedisse einige Herrlichkeiten, non omnia & singula in uno complexu die Landes-Hoheit. Summatim, quae civitas complexum eius generis iurium docere nescit, illa sibi frustra adrogat iura territorialia. Ad alterum vero referenda sunt, quae cap. 6. §. 24. 25. & sequentibus scripsi, usurpare plura civitates, siue conniunte siue ignorante imperio, sed recuperandi iura propterea necquicquam amissa esse.

VI. Error
Istos, quoniam
mii sunt in
enumeratione
iurium, civi-
taribus compe-
tentium impe-
rialibus,

§. VIII. Fidentior rere Knipschildio est nouissimus disertator, qui omnibus civitatibus imperii immediatis singula tribuit regalia sigillatim, neque post monetandi & postarum iura ipsi occurrit aliquid, quod re ipsa illae non habeant. Verum enimvero iusto largius esse hoc adfertur, illae civitates comprobabunt, primo quae hodieque desiderant iurisdictionem, quam intra moenia etiam sua Caesaris esse agnoscunt, sculteto eius dem Reichs Schulzen demandatam; deinde quae iure belli carent, quod Caesar eas armatae alicuius principis subiecerit aduocatae, die enim Reichs Vogt unterworfen seyn, cum, me auctore, inter munera eius Reichs Schulzen und Reichs Vogts plurimum interfit, quamuis utraque etiam sparta pendeat quandoque ab arbitrato principis unius; post, quae Caesari tributa soluunt annuatim; habent; praeterea uestigalia & portoria in sua ditio-
ne soluunt peregrinis; porro peregrinos iudices ha-
bent

bent in causis maioris momenti bene Traisch & Säl-
len. Quae singula exemplis comprobare possem,
nisi mei instituti rationes ire iuberent per epitomas
neque e re sit, ciuitates imperiales officii sui admo-
nere sigillatim.

§. IX. Quamuis autem ex haecenus allegatis Sunt quaedam
ciuitatus in-
structae supe-
rioritate terri-
toriali.
Quod docetur
exemplis. rationibus clare constet, ciuitates imperii *territoria-
lia iura non secum ferre*; esse tamen quasdam ciui-
tates, quibus praecipuo iure *superioritas territoria-
lis* debeat, uel exemplo docere possum, dulcissi-
mae iterum patriae meae, Argentorati. Hanc enim
ciuitatem nullo non genere *superioritatis* territoria-
lis gausam esse, plura comprobant argumenta. *Prin-
cipio* Argentoratam ante etiam, quam Germanico
imperio se addixisset, habuit autonomiam, quod
ostensum est *cap. 5. §. 32. 33. 34. seq.* Adeoque superio-
ritatem non accepit ab imperatore imperioque, sed
reseruauit sibi illam, neque, nisi hac salua & integra,
fidem suam imperio addixit, ut uidimus *cap. 6. §. 22.*
Accedit, quod illa *praesumptionem* superioritatis ter-
ritorialis mereatur, cum *libertatem* habeat *reserua-
tiuum*, id est reseruando constitutam *cap. 6. §. 26.* Ne-
que aliquid ultra petiit obtinuitque ab Argentora-
tensibus imperator, quam armorum societatem in
expeditione Romana *cap. 6. §. 11. 12.* quo tamen seruitii
genere supremi etiam in Germania ordinis principes
electores tenentur, ut manifestum sit, illud territo-
riali superioritati necquicquam obesse uel aduersari.
Vnde intelligo, quare aliter fidem suam Caesari reno-
uare noluerit, quam hac formula, *salua urbi libertate*
cap. 6. §. 13.

H 3

§. X.

*Argentoraten-
sium pri-
uilegium de
non praestando
homagio impe-
ratori.*

§. X. Illud uero prorsus fingulare, quod in mores iuerit apud Argentoratenses, ne imperatori fidei aliquam formulam iurarent, aliis imperii ciuitatibus sollemnissimam. Ita enim habetur in *registris Argentoratensib. tit. keinem Kayser swörn.* Verba ipsa sunt haec: zu dem ersten ist die Statt Straßburg also frey, daß man in keinen geschrifften findet, daß von den zeiten Kayser Otten dritten, an. 1001. die Statt Straßburg dheimem Kayser oder Kunig ie geschwohren hatt. Sondern ist Sie eins solchen durch ihrer Fromkeit, Trüwe nd Glouben, domit sie sich by und an dem heyligen Reich alzeit ehelich, löblich, wol und gehorsamlich gehalten hatt, bis har gnediglich erlassen worden. Für alle andere Stätte des Reichs, welche alle solche pflicht gethan haben und thun müssen. Als man dis auch schin hatt und sehr fflich erfahrung. Eius immunitatis a iureiurando tanrope etiam studiosi fuerunt, ut, post Smalcaldien- se foedus, Carolo V. iterum conciliati, admodum difficiles essent, fidem ei instaurare iureiurando. Qui tamen casus singulares causas habuit, scilicet, ut animum hostilem eierarent ciues, quem ostenderant communis aduersus Carolum foederis focii. Ut adeo inde ad *homagia* ordinum imperii consueta alia, quae nouo cuique Caesari praestanda sunt, nullum filum consecutionis. Quo fine etiam formula accessit, qua contestati sunt Argentoratenses, quod tum factum sit, id praeiudicio non esse aut tollere posse eorundem a iureiurando immunitatem. Accipe formu-

formulam an. 1547. scriptam, quae haec est: Nach dem in recht wol und heilsamlich zuglossen, das der jenig so sich beschwerlichs Zingangs befaren oder besorgen muß, daß ihme sein Handlung thünfftiger Zeit zu Nachtheil oder Abbruch seiner habenden Freyheiten und Hertommen gelangen mög, sich seines Gemüts und Meinung durch ein öffentliche protestation, wie sich gebürt, erkleren oder erleutern, und also seine Rechte, Freyheit und Gebrauch im in alle Weg nottürfftiglich vorbehalten mög. Hierauff protestiren und bezeugen sie die Edlen Gestrengen, Ehrnoesten, Fürsichtigen, Ersamen und Weisen Herren Meister und Rath der Stadt Straßburg, daß sie durch iesgethanen gegenwürtigen iren Actum oder Handlung, irem unverdencklichen Hertommen, libertet und Freyheiten, daß sie zuvor nie keinem Römischen Keiser geschworen, damit keines Wegs einiggen Abbruch oder Schmelierung gethan, noch sich dardurch andern nochkommenden Römischen Keisern, gleichermassen zu juriren in einigen Weg obligirt oder bindtlich gemacht; sonder allein jez regierender Keiserl. Majest. unserm Allergnedigsten Herrn, vermög abgeredter und uffgerichter capitulation gehorsamlich Hulbigung gethan haben wöllen. wie auch der hochwürdig Fürst und Herr, Herr Anthoni Perrenot von Granuelle, Bischoff zu Arras, der Keiserl. Majest. Oberster Rath, in der gehapten Unterhandlung zu Nördlingen, eines Ersamen Raths Gesanten mehrmals gnedige Vertröstung gthan, daß gegenwertige Hulbigung einem Ersamen Racht und gemei-

meiner Stadt, in künftigen Zeiten an dem alten Herz kommen und liberteten, mit nichten präjudiciren oder verlezlich sein solte noch würde. Solchs alles und jedes protestiren, bedingen und bezeugen sich bester Form, wie solchs von rechts oder gewonheit wegen, zum bestendigsten geschehen soll kan oder mag, vor auch Herren Notari und gegenwertigen Gezeugen. Requiriren und erfordern auch auch Herrn Notari, inen ampts halben diser Handlung ein oder mehr offen Instrument, in gwonlicher Form auffzuichten und mitzutheilen, sich haben im fall der Nothdurfft deren zugebrauchen; mit dem fernern Anhang, daß sie diesen Vorbehalt oder Bedingung, wider der höchstgedachter Kaiserl. Majest. oder auch obangeregtem Nördlingischem Tractat oder Versünung keines wegs zu wider, Verkleinerung oder Abbruch gethan, sonder allein us obgehörten Ursachen fürgewendet haben wollen, davon abermals zierlich protestirend ic. *Quam Caesaris mandataris, SELDIVS ille, rerum iuriumque Germanicorum callentissimus uir, tantum abest ut improbauerit, ut potius suo eandem adprobauerit calculo. Cum enim Argentoratenses iura haec suae eidem his uere rationibus alibi exposuissent. Deß Schwerens halb zeigt man ihm ane, im Jahr 1552. daß ein Statt Straßburg von unverdencklichen Jahren also herkommen, daß Sie nie keinem Römischen Kayser oder Kunig geschworen. Es hetten auch Ihr Maiestät Vorfahren, Kayser Fridrich und Kayser Maximilian sy by solchem herkommen bleib*

bleiben lassen. So war der Rath und die dreyzehner der tröstlichen hoffnung, Ihr Maiest. wurde es des Schwerens halben auch by dem alten herkommen lassen. Es wäre wol nit ohne, es hätte der Rath nach vorhergegangener Ansuchung, vormog der abgeredten capitulation, der Kayserl. Maiest. commissarien geschwohren und iuramentum fidelitatis gethan: aber sich dazumahl protestiret und bezeuget, daß er solches alles Ihr Majest. in krafft der capitulation gethan. Und dardurch kein umgang wider der Stadt herkommen gemacht haben wolt. Wie dann auch in der handlung dozumahl Herr von Arras, selber denen Gesandten sagt: diß wer ein personal werck, gieng allein ieszige Kayserl. Majest. person an (iuramentum esse de reconciliacione gratiae Caesaris facta post diffidia, sacrorum causa, excitata) und sollte derhalben in künfftigen der Stadt nicht praeiudiciren. Reposuit Seldius, legatus Caesaris: So viel das schwören der gemin beträffe, hätt Ihr Maiest. das herkommen der Stadt nicht gewußt, sondern vermeint, es wäre der Gebrauch da, wie in andern Stätten. Und zwifelt er der Vice-Canzler (Seldius) nicht, wo Ihr Maiest. es bericht gewesen, Sy wird es nicht begehret haben. Er wolt es aber Ihr Maiest. anzeigen. Versehe sich gänzlich Ihr Maiest. wäre es by dem alten herkommen bleiben lassen. Is autem causae successus fuit, ut Caesar accepta excusatione, a iurisiurandi iussione desisteret, & ciuitas in *conradictorio*, quod dicitur, uictoriam reportaret.

I

§. XII.

*A negatione
homagii num
flum consecu-
tionis sit ad iu-
ra territoria-
lia?*

§. XII. Quamuis uero nescii non simus iuri territoriali neque homagia aduerfari neque iuramenta fidelitatis; *deinde* etiam uinculum subiectionis, quod nuda promissione absoluitur, infirmius non sit eo, quod uestitur iuramento; *porro* fieri posset, ut landfaffio aut subdito ordinis alius solennitas iurisiurandi remitteretur, cuius tamen nexus eapropter ceteris neque laxior sit neque liberior; *post* tantus iuramentorum in Germania sit abusus, ut in uotis sit ciuium christianorum fides subditorum iniurata *Dn. Praefes in iure feudali iuxta mores medii aevi sect. I. cap. 4. §. 6 p. 70. 71. litt. x. ad extremum* pluribus uasallis formula iurisiurandi sit remissa, quorum tamen eapropter non minora sint officia fidelitatis *z. F. 76. pr.* Verum enim uero cum tot argumenta alia militent pro libertate & iure territoriali Argentoratensis reipublicae; *Deinde* in tanta iuramentorum ubertate, quibus Germanicum imperium subditos suos & ordinis cuiuscunque proceres tenet, non sine graui fieri poterit causa, Argentoratenses liberos mansisse ab iurisiurandi officio; *tum in reseruatua* illa libertate, *cap. 6. §. 21. 22.* ostensa, fieri potuerit facillime, ut ciuitas inter illas condiciones, in quibus imperium Germanicum subiit, hanc etiam esse uellet, ne homagii iusto liberiori significato suae libertatis sentire posset decrementum aut inde metuere aliquod periculum; *tandem* in medii quoque aevi notitia illud reperiam, quod archiprincipes promiserint imperio fidem, non iurauerint: inter argumenta libertatis & superioritatis territorialis omnino etiam

etiam hoc esse existimo, quod fides Argentoratensium ab imperatoribus adstringi non potuerit ullius generis formulae iurisiurandi.

§. XIII. In hoc argumento de patriae meae iuribus iniquissimus quondam fuerat iudex, *Ioann. Bruningii Icti iudicium de patriae iuribus iniquissimum in hoc argumento.*
BRVNINGH, in dissertat. de homagio thes. 351. seq. quae etiam inter Basileenses habetur uol. 5. Scilicet plura sunt, in quibus patriae iuribus obuiam it ille Ictus. Primum est, quare hoc patriae priuilegium, de non praestando homagio in dubium uocat, quod hoc euerat rationem nexus, quo omnes ciuitates imperio tenentur. *Repono*, de imperialibus id tantum uerum esse ciuitatibus, non de liberis quibusque *von freyen Reichs-Städten*, quae post alia praecipui iura etiam id habere possunt, ne obligent se iureiurando. Et, ubi pacta loquuntur, frustra disputatur de rationibus ordinariis. *Deinde* dicit, Argentinam uillam fuisse regalem, quae haud dubie regi fidem iurauerit. *Resp.* Neque primum uerum esse, neque alterum. Non illud, quia loquimur de tempore postcarolingico: neque etiam hoc, quia liberrimi etiam nexus ciuitas Caesari indulgere potuit intra moenia sua palatium, absque ullo eiusdem detrimento. *Post*, urget, Caesares uix operae pretium habuisse, iusiurandum instaurare in oppido tantopere a limitibus Germaniae remoto. Verum in eo pulchre se decipit auctor, partim quod Argentorato uicinae urbes Caesari fidem iurauerint perpetuo constanterque; partim quod non ipsis Caesaribus, sed eorundem *commissariis* iurare soleant ciuitates, ut graue non potuerit

tuerit esse id officium imperatoribus; partim, quod tantae desidiae incusari non possint Caesares, quasi neglexissent primarias urbes in confiniis; id potius e re esse uideretur imperii, curatiorem habere rationem urbium in extremitatibus sitarum, quo facilius fieri potest, ut illae officii forte sui obliuiscantur, cuius eo sollicitius debent commoneri. *Praeterea* instat inimicus scriptor, Argentinam tamen Caesari iurauisse post Smalcaldicum foedus *Hortensio lib. 6. Lud. ab AVILA* aliisque eius aevi historicis testibus. Verum in praecedenti §. 12. b. c. dictum iam est, istud exemplum singulare fuisse, quod necquicquam referri possit ad casus ordinarios. Id quod in *contradictorio*, ut dicitur, obtinuisse Argentoratenses, uel ipso Caesareo legato teste, supra p. 67. commemorauimus. Cetera, quae Ictus iste habet, nullius momenti sunt & adeo barbaramente scripta, ut enarratione uix digna esse, uideantur.

CAP. VIII.

NENIAE ICTORVM
DE CIVITATIBVS MIXTIS,
von halben Reichs-Städten.

§. I.

*Mixtas esse
ciuitates alii
negant affir-
mantque alii.*

INter discrimina nexus, quo ciuitates S R. imperio sunt addictae, ille etiam habetur, quando docti Icti, aliquas ciuitates non uniuersae imperii esse, sed ex parte tantum: ita scilicet, ut in aliquibus imperio

perio absque intermedio pareant domino territorio; in aliis autem huic obsequantur. Es wären einige Reichs-Städte, welche von dem Reich die Regalia hätten, im übrigen aber sich der Landeshoheit anderer Reichs-Stände unterworfen fänden. Negant hoc aliqui Iſti, utpote *Andreas Knichen; Ludou. CARMPIVS; Hieronymus LAMPIVS;* quos etiam *PAVRMEISTER* laudat lib. 2. cap. ult. n. 17. 31. Verum pro hoc discrimine acriter pugnant alii, quorum loculos excussit *Philip. KNIPSCHILDIVS* lib. 1. c. 3. n. 8.

ſqq. Tempori & chartae parcendum esse puto, quin utriusque partis recenseam argumenta. Nil enim quicquam eis inest, quod solidum queas adpellare.

Sed neutra pars ex rationibus idoneis.

§. II. Mihi ergo quae sententia in hac scena sit, breuiter explico. Ciuitates diuersimode mixtae audiunt. Nos singulorum significatum rationes habebimus sigillatim. Principio illas dicunt mixtas, quae quidem dominio territoriali alius exemptae sunt; sed tamen a Caesare imperioque nondum obtinere ius suffragiorum in comitiis. In quo numero Hamburgum habent, quam ciuitatem neque matriculae inscriptam esse, putant, neque iure uti suffragii in comitiis, *PAVRMEISTER* lib. 2. de iurisd. cap. ult. n. 30. *KNIPSCHILD* lib. 1. cap. 3. n. 37. Verum enim uero, uti egomet non audeo, mentem declarare in hypothesi; ita de hoc genere ciuitatum dicendum est aliquid summatim. Scilicet olim omnes ciuitates etiam mediatas & prouinciales suffragium in comitiis habuisse, explicui cap. 4. §. 6. fieri itaque non

Opinio singularis de diuerso mixtarum significatu. Prima illarum, quae iure destituntur comitiales.

Quia post na-
tiae sunt liber-
tatem quam
mediatae ciui-
tates ad impe-
rii comitiis
coepere abesse.

potuisse, aliquis existimet, ut ciuitas, a superioritate alterius libera, *coimperio*, quod in comitiis se exerit, destitueretur. Sed pariter indicatum est *cap. 5.* ut comites & nobiles animum depofuerint, accedendi comitia; ita etiam horum exempla municipales ciuitates imitatas fuisse & incepisse a comitiis abesse, Ciuitas ergo post haec tempora quae a principe territoriali manu est missa, libertatem quidem accepit necquicquam uero in comitiis *coimperium*. Ex quo scilicet in mores iuerat, ad imperii conuentus tantum ordines admittere, in classe & matricula comitali nominatim recitatos. Ciuitas itaque, hoc modo manumissa, libera erit, *eine freye Stadt des Reichs oder eine nicht mit regierende Reichs-Stadt* *cap. 6. §. 16.* Quamuis enim illa merito exigere queat ad comitia accessum: Illud tamen non ipso iure fit, sed rite, ordine & decreto interueniente Caesaris imperiique. Ad eandem plane rationem, qua nobilis immediatus, ad comitis dignitatem euectus, ditione etiam eius in S. R. I. comitarum uersa, facilem & expeditam uiam habet ad locum inter *coimperantes* in comitiis obtinendum. Caesaris tamen praecedente intercessu. Ceterum illud etiam quaeri solet, num ciuitas eius fortis *imperio teneatur ad collectas imperiales*? Non requiro hic singulares collectas, quae Caesaris sunt in ciuitatibus imperialibus, quae additam non habent libertatem, a quibus omnino absoluantur illae, quae non Caesari *immediatatem* debent, sed suo cum principe territoriali pacto & contractui *cap. 6. §. 9.* uerum quaestio in-

Num ciuitas libera sine *coimperio* etiam teneatur ad ordinarias imperii uniuersae collectas?

stitu.

stituitur de tributis, quae omnibus imperii ordinibus sunt communia von gemeinen Reichsanlagen oder den so genandten Römerzügen. Atque hoc ultimum est, quod Hamburgenses Caesari quondam disputarunt, ex ea ratione, quoniam Holsatiae dux illorum etiam causa tributa praestaret imperio, ut adeo ciuitas ipsa hoc onere imperio non teneretur. Habetur haec disputatio cum apud Ictos camerae imperialis; tum in actis Hamburgensium publicis, quae per summam exhibet *DANKWERTHVS in Holsatiae descript. cap. 12.* Plerorumque iudicio tum pessime sibi consuluerunt Hamburgenses, in eo, quod tributa imperio praestanda, transferri uoluissent in Holsatiae dominos. Notum enim est, Holsatiae tum aduocatos hoc usus fuisse dilemmate: *Hamburgum aut ciuitas imperii est aut ducis Holsatiae; primum non est uerum, tributa enim non soluit imperio, quod omnibus ordinibus est solenne; ergo alterum est dandum & Holsatiae ducibus concedendum ius subcollectandi Hamburgenses.* Verum esse potuit, ut Hamburgensis ciuitas inter alia genera libertatis, hoc quoque mercaretur a ducibus Holsatiae, ut illi pristina imperio tributa praestarent, quae praestitissent antea, ut adeo imperio nil decederet in summa, quam ante ab Holsatis acceperant. Ipsa uero ciuitas permaneret libera, weil selbige von Holstein bey dem Reich übertragen würde. Quod pactum si uerum esset, in imperii postulata H. ex consilii magis, quam iuris rationibus putauerim concessisse. Verum id facti est, adeoque probari debet a parte, illud allegante.

Alias

Alias enim regula iuris etiam hic ualet, *quod res trans-
eat cum onere, ad quemcunque uadat l. 23. si is, cui opus ff.
de noui operis nuntiat.*

Secundo mix-
tae audiunt
quae ex parte
domino parent
territorii

§. III. Deinde *mixtas* adpellant eius praecipue generis ciuitates, quae siue in comitiis locum habeant, sin minus, *in plurimis tamen casibus pendeant a domino territorii*, ut adeo partim imperiales sint, partim etiam prouinciales sicque ex utraque parte *mixtae*. Fieri autem id potest multifariam, & cuique classi peculiare sunt rationes, ut adeo sibi non constant Icti, qui eas inuicem confundunt commiscetque. In horum numero est *KNIPSCHIL-DIUS lib. 1. c. 3.* cum eoque tantum non omnes Icti alii.

uel alio praeter
ciuitatem in-
sui.

§. IV. Principio fieri potest, ut *ciuitas non sui* causa, sed regionis ergo aliunde quaestrae dominum agnoscat territorii. Vt enim municipium fere nullum extra muros aliquid habet ditionis: ita neque plus dandum ciuitatibus imperialibus. Quamuis enim pleraeque earum postea latifundiorum dominae factae sint, non tamen plus illae iuris acceperunt in istis, quam pristinis fuit possessoribus. Adeoque dubitare nemo potest, quod ciuitas sui causa imperialis & libera, inuicem tamen regionum postea acquiratarum in clientela sit principum aut ordinum aliorum. Verum enim uero tantum abest, ut eius fortis ciuitas inde uel in *libertate* uel in *immedietate* aliquid patiatur detrimenti: quantum abest, de
re-

regis maiestate aliquid decedere, si ipse extra regnum, possessiones habeat, alii principi clientelares. Vt adeo frustra prolixius sit in hoc argumento *Knipschildius lib. 1. c. 3. n. 22. 26.*

§. V. Si uero *ciuitas sui* ergo alium post imperatorem dominum in aliquibus causis agnoscit: iterum res haec inuicem meretur discerni. Quando enim ipse imperator suo nomine praeficit ciuitati imperiali principem, ut non propria, uerum Caesaris & imperii auctoritate sparta hac ille defungeretur: illa ciuitas *libera* esse definit, nec quicquam uero definit esse imperialis. Quorum exempla illarum urbium pertinent, quae *scultetos* uel *aduocatos* habent imperiales, *wo der Kayser noch seine Reichs-Bogte noch Reichs-Schulzen hat.* Exultat itaque huius fortis ciuitas e classe urbium imperii mixtarum.

*uel intuiui
ipsum ciuitatis,
In qua b) alius
uices gerit im-
peratoris &
imperii*

§. VI. Alia iterum ratio est earum, quae cum antea liberae essent, ex consilii tamen rationibus est factum, ut se in tutelam alterius committerent atque tutori suo uel *iurisdictionem* uel *ius armandiae*, *aperturae*, uel aliud quid deferrent. Neque uero huius etiam generis urbem egomet expungerem e catalogo imperialium. Partim quod ciuitatis & in *libertate* & in *immedietate* limites paulo mutati & adstrictiores redditi sint, ipsa uero *libertas* & *immedietas*, haudquaquam sit deleta: partim etiam, quod illi, qui urbi aliquid de utroque disputat, onus semper probandi incumbat, ut fieri non possit utriusque extinguitas esse rationes.

*Vel c) sua e-
dem praest
auctoritate
idque uel urbi
debet.*

K

§. VII.

uel d) sibi
referuarie.

§. VII. Tandem aliud iudicium illae ciuitates uolunt, quae ex parte tantum manumissae sunt a domino territorii. Vti enim unum priuilegium non secum trahit alterum: ita singularium priuilegiorum consecutio nomen non meretur *imperialis ciuitatis*. Primo enim eius generis ciuitas in tantum prouincialis manet, in quantum docere nescit libertatem. Sit deinde passum esse dominum territorii, ut ciuitas *prouincialis* locum occuparet in comitiis; hoc tantum abest, ut territorii iuribus damnum dederit, quantum abest, omnes principes & comites, qui in comitiis suffragia habent, territoria possidere immediata *cap. 4. §. 6.* Hoc igitur genus ciuitatum iure meritoque inter prouinciales referunt *Knichen*, *Paurmeister* alique, ut frustra sint, quae ex aduerso contendit *Knipschildius*. Quod si enim aliquis eas imperiales dixerit, id admodum peruersè fieret. Neque alia ratione, quam illa, qua hodie omnes ab imperatore adpellati comites audiant *Reichsgrafen*, quamuis comitatum ergo sintque maneantque *landsässii*.

Superflua igitur
adpellatio
mixtarum.

§. VIII. Atque hae causae fati esse possunt ad ostendendum, fabulas agere lectos, quotquot in systematibus suis nenas nobis canunt de ciuitatibus mixtis. Nam *primi* generis ciuitates controuersa haec prorsus non tangit. *Alterius* & *tertii* ordinis statum *libertatis* mutant, non *immediatis*, ut adeo nihilominus sint audiantque *imperiales* §. 3. 4. 5. 6. *Vltimae* classis autem ciuitates municipia sunt, necquicquam uero propter ali-

aliaque priuilegia *imperiales* dici merentur §. 7. Et hoc est quod hactenus dedimus comprobatum.

CAP. IX.

FABVLAE ICTORVM
DE CIVITATIBVS HANSEATICIS
Von Städten in dem Hansebund.

§. I.

IN numero mixtarum, quas modo reiecimus, ciuitates inprimis *Hanseaticas* habent cum *KNIP-SCHILDIVS* lib. 1. cap. 4. n. 1. tum alii fere omnes cum illo lēti. Quibus etiam accedit *WERDENHAGEN*, qui ex instituto grande uolumen scripsit de *rebus publicis Hanseaticis*. Amplissimas iste liber descriptiones urbium eius nominis habet; sed hanseatici foederis solidas rationes nec quicquam adsequitur attingitque.

§. II. *Hanseatica* uero illa ciuitas dicitur, quae *Definitio ciuitatis Hanseaticae.* magni foederis est *socia*, *maritimorum commerciorum exercitans* *Europae regibus & rebus publicis inslūiti.* Nam *Hanse* uetustioribus *Anglis* *societas* fuit, quod teste scimus *Skinnero* in *etymolog. parte 1. & 3. f. b. u.* *hanse est societas.* Neque mirum, *Anglicam* linguam rei nomen dedisse. Habet illa uetustiores *Saxonici* sermonis reliquias. Atqui ciuitates *Saxoniae* inferioris foederi *Hanseatico* initia dedisse, dici potest ex *Cranzio*, quamuis res ipsa quoque loquatur, cum huic inprimis *Germaniae* plagae urbes sint, celebres negotiis *maritimis*. Verum itaque *Hanse-Stadt*, urbem

bem significat foederatam aut foederis sociam. Inde formula ad *hansam* idest societatem admissus, quam adfert *FRESNEVS* sub h. u. 699. Quod erymon adeo planum & apertum esse mihi videtur, ut opus non esse existimen infeliciois mineruae partu alio. Post autem factum est, ut *Hanse* praecipuo ac solenniori significatu pro mercatorum societate acciperetur. Quapropter supremus mercatorum praefectus Ratisponensium audit *der*

maxime mercatorum unde Hanseatica ciuitas foederati commercii.

Hans-Grav. Quod diploma ostendit *FRIDERICO II.* largitore *Ratisponensibus* concessum an. 1230. *cines potestatem habebunt eligendi* * *HANSGRAVIVM,* qui disponat & ordinet extra ciuitatem & non intra ea tantum, quae respiciunt negotia mundinarum. Inde etiam *hansa* pensitatio pro mercibus exsolui solita. Ita enim charta apud *FRESNEVM* p. 699. *ghoff.* an. 1127. *quisquis ad terram imperatoris pro negotiatione sua perrexerit, a nemine eorum hansam soluere cogatur.*

Causa & finis huius societatis.

§. III. Scilicet Germaniae inferioris ciuitates in commerciis maritimis uaria fenserunt ab exteris regibus impedimenta & damna. Cumque ciuitates singulae sibi consulere nescirent sigillatim: maxima earum pars uniuersim coiuit inique foedus inuicem mutuae defensionis, in oris extra Germaniam. Fit codex, in quo nomina scriberentur earum ciuitatum, quae foederi accessissent. Instituitur aerarium, unde rerum administri alerentur, quorum opera cum exteris regibus & rebus publicis ageretur. Mittuntur itaque a societate siue *Hansa* Teutonorum mercatorum legati ad omnes Europae reges,

ges, res publicas & principes; qui pro commerciis maritimis colendis augendisque contractus offerrent, nomine omnium Hanseaticarum ciuitatum in eundem. Argumenta eorum fuerant, ut ciuitatum Hanseaticarum terra marique singularis esset securitas, a praedonibus bellisque libera; ut uectigalium certa & stabilis ratio, quae augeri non possent una parte inuita; ut albinagii iura cessarent aduersus Hanseae huius mercatores & quae sunt generis eiusdem. Quorum pactorum tabulas cum *Hispanis, Anglis, Gallis, Belgis, Suecis, Danis, Russis, Persis*, aliisque initorum, inuenire licet apud *Ioan. MARQVARDVM parte 2. de iure mercatorum* tota ad an. 1648. Post illa enim tempora Hanseaticae urbes multoties pristina pacta uel renouarunt uel inierunt noua, praesertim in solenioribus pacificationibus Europae. Ita sermone habeo domini *Praesidis*, in Risuicensibus tabulis aliud genus uectigalis remissum fuisse a Gallis ordinibus foederati Belgii. Aegre autem id tulisse Hanseaticum legatum, Gallisque pacta ostendisse, quibus partium haec studia aduersa essent, si ante Hanseaticas ciuitates aliis populis in Gallia aliquid daretur praecipui; deinde etiam indicasse damna, quae inde ipsi Galli sensuri sint. Ita enim Hanseaticas naues dispelli de Gallia. Cum maiori longe compendio uina Gallica Hanseatici mercatores redempturi sint ab Amstelodamensibus, a magni momenti onere liberis (weil sie das Saßgeld nicht bezahlen durfften): quam praestito hoc tributo in Galliam ea causa mittere nauigia. Quo etiam factum est, ut Galli secreto at-

que

que arbitro remoto cum Hanseaticis legatis pacifice-
rentur.

*Facies Hanse-
atici foederis
hodierna.*

§. IV. Ceterum facies *Hanseatici foederis*, quam hodie prae se fert, illa est, quae sequitur. Sociæ huius foederis urbes, quarum numerus olim centesimo paulo fuit minor, hodie nonnisi tres sunt, 1) *Hamburgum*, 2) *Bremia*, 3) *Lubeca*. Aliae enim foedere hoc exclusæ sunt delicto; aliae uel sublatis uel deminutis commerciis illud deseruere; plures a principibus suis interdictæ sunt, quin foedus porro colerent; pleraeque superiori seculo, cum an. 1666. fatali illo incendio *aedes Hanseaticæ* (*das Hanse Haus*) Londini conflagrassent, posteaque ad illas reparandas sociæ ciuitates impensas facere iuberentur, ad declinandum eas, ipsi demum foederi nuntium miserunt, ut post *irigam* ciuitatum alia non superesset. Quamuis audiuerim, aliquas huius neglectus poenitere. Coloniam maxime, quae maiorum intempestiuam parsimoniam hodieque incusat. Quod huic ciuitati neque sui causa neque archiepiscopi sui intuitu uiri rerum gnari auctores esse possunt, ut ea negligant, quae ad praesidia auctoritatis aliquid conferre uideantur. Tres autem ciuitates iura, commoda, leges, ordines, priuilegiaque Hanseatici foederis etiamnunc rite feliciterque uentur. Ut frustra Icti sint, qui *Hansam* Teutonicam uel sublatam esse perhibent uel temporum aerugine obliteratam.

*Peruersae
Ictorum do-
ctrinae*

§. V. Jam ad peruersas quorundam Ictorum doctrinas pedem moueo, quas ipsi de foedere Hanseatico fo-

solent fouere. *Primo* hanc ciuitatum societatem siue *banfam* perfidiae & perduellionis incusant, siue *imperiales* illae fuerint siue *municipales*. In primo enim genere *Caesari* imperioque iniuriam fieri opinantur: in altero domino ac *principi territoriali*, si ciuitas, quae in tutela uel *Caesaris* uel *principis* agat, sibi ipsi consulere & inire uelit alieni patrocinii leges, ita *Waremund ab EHRENBERG* cap. 2. de foed. num. 44. aliique. Verum licet ipse largiar, foederis iura neque imperiales habere ciuitates, nisi simul liberae sint, neque municipales. Scilicet in rebus, tutelae uel *Caesaris* uel *principis* territorii subiectis. Cum uero *hansa* Teutonica non iura respiciat, quae intra *Germaniae* uel imperii limites continentur, sed causas maritimas, ubi neque *Caesaris* neque *principum* territorii ulla auctoritas, neutrius illa dominio quicquam potest detraxere. Ut taceam, *hansae* pacta omnia hos limites habere; ne illa uel in territorio *Germanico* foederatum obligent uel *Caesaris* imperii aut *principis* iuribus quicquam detrahant. Quid? quod *Sueciae* & *Daniae* reges suis id gratis dederint *municipiis*, ut hac ratione *hansae* Teutonicae & ipsae accederent, cum in eius numero fuerit ipsa *Holmia*, certissimo argumento, eandem *principis* iuribus nequicquam obesse.

§. VI. Deinde aduersus *banfam* urbium *Germaniae* leges imperii adferunt, quibus urbes foederibus interdican-
b) hansa legibus imperii improbetur.
 tur. Vt pote in tit. 15. A. B. in capitul. *Iosephi* artic. 21. Ita *ARVMAEVS* disc. 5. ad A. B. conclus. 9. *CARPZOVIUS* in E. Reg. c. 6. sect. 10. n. 13. Verum

rum

rum leges imperii foedera prohibent in causis ad imperium aut principis territorium pertinentibus, sed illas *hansam* Teutonicam non tangere, dictum est *c. p. §. 5.* Deinde *Carolus quartum* in *A. B. tit. 15.* Hanseaticum foedus non improbasse, illud certissimo nobis est argumento. Quoniam eiusdem imperatoris auctoritate est factum, ut *Brunsvicum hansa* ciuitatum delicto exclusa an. 1383. in illam Lubecae solenniter reciperetur. *Brunsvicenses* tamen poenitentiam nudis pedibus nudatoque capite cereos e *D. Mariae templo* in praetorium portare & ibi ingenuculati ueniam precari coacti sunt, uerbis scribo alius, qui ea ex *CRANZIO lib. 9. Vandal. c. 7.* defumpsi. Cuius rei auctor esse non potuisset *Carolus IV. si hansam urbium* ullatenus improbauisset. Taceo, *urbes hanseaticas* superiori seculo multoties pacificationum tabulis inscriptas & auctoritate Caesaris imperiique pacis foecias dictas esse. Quod uidere licet in *Risvicensibus* an. 1697. artic. 72. Ut adeo solenni imperii concentu *hansa* Teutonica adprobata sit, tantum abest, ut credamus, ei leges imperii unquam aduersas fuisse.

e) *hansa* ciuitates reddat mixtas.

§. VII. Porro multiplex damnum, quod imperii iuribus *hansa* urbium attulerit etiam ex eo putant intelligi, quod ita factum sit, ut ciuitates, e puris euaferint mixtae. Hoc errore ipse *KNIPSCHILDIVS* labitur *lib. 1. c. 4. n. 1.* tam insignis alioquin Hanseaticarum patronus. Si enim ciuitas, *hansae* adscribenda, imperialis sit, Caesarem in ea foederis iura amittere, si autem sit prouincialis idem damnum pati principem

pem territorii. Fateor, ita principes imperii hodieque philosophari. Quo factum est, ut illi municipia ex albo hanseaticarum pridem expunxerint *cap. 9. §. 4.* imo in Risuicensi pacificatione *legatus Bremensis* inter Hanseaticos comparere dubitauerit, ne Sueciae regem, eius pacis arbitrum offenderet & lites de *immedietate* in memoriam ei reuocaret. Ex eadem causa Frisiae tum *legatus, Auemannus* inuidio oculo articulum suspexit, quo *Embda* accensita est ciuitatibus hanseaticis. Ego autem neutri aliquid ex *hansae* iure metuendum esse, existimo. Nam *§. 5. h. c.* iam ostendi, quaestionem non esse de rebus iisdem. Iure quippe foederis Hanseatica etiam ciuitas manet destituta in causis, ad *imperium* aut *territorium* pertinentibus, quamuis idem in illis exerceat, quae neutro iure tenentur. Quorsum causas maritimas refer & in locis extraneis mercatus. Sophismate igitur se irretiunt *ignorationis elenchi*, quotquot haec inuicem iura pugnare opinantur. Quodsi autem in uado sint & Caesaris & principis iura apud ciuitatem, *hansae* adscriptam: causa non superest, quare uel ullam status diminutionem fingere possimus. Aliud est, si *hanseatica* quandoque ciuitas abusa est *hansae* priuilegiis, ad imperii uel principis iura excutienda aut deminuenda. Tum enim ignorantia administrorum in culpa fuit; qui principi hoc glaucoma de oculis nesciuerunt remouere.

§. VIII. Praeterea peregrinitatem *hansae* ex imperii RECESS, *AVG. an. 1548. §. 48.* arguunt hisque ibidem uerbis um Bericht einzunehmen, wie es um
 L viel

d) *hansae* imperium nescii sunt ordines imperii.

viel gemeldte See und Insee Städte gelegen, wer dieselbe seyn, wie sie genannt, wo sie gelegen, ob und wie sie seynd dem Reich oder andern Ständen unterworffen. Imo multo etiam post *Rudolphi II.* imperator an. 1606. a Lubecensibus petiit, qua urbe Hanseaticarum reatrice, ut hanseatici foederis instrumenta & catalogos sociarum urbium Caesari transmitterent, quarum litterarum nos admonet *LI-MNAEVS lib. 7. iur. publ. c. 1. n. 79. Sub & obreptionis itaque hansam ideo arguere & ita improbare solent Icti.* Verum nil noui est, quod Germania Germaniam ignoret. Et utinam esset uir, in rebus medii aevi uersatus, qui *errores historicos* in ipsis imperii recessibus ex instituto adnotaret. Carolo enim quarto foederis Hanseatici rationes nec quicquam fuisse ignotas, illud quidem uidimus *cap. 9. §. 6.* Quid? quod ex imperii adlegato *Recessu AVG. an. 1548 §. 47. §. 48.* pateat luculentissime; non solum, quod imperii ordines suam in hoc argumento inscitam agnoscant, sed etiam ex errore dicta reuocent cupiantque de uerioribus Hanseaticarum ciuitatibus edoceri. Scilicet indixerant ordines *Hanseaticis ciuitatibus* collectas aduersus Turcica bella uniuersim. Explodere autem non poterant non huius generis indictiones *Hanseaticae.* In quacunque etiam classe constitutae essent hae ciuitates, causas habuere ad improbandum & exhibendum. *Imperiales* enim urbes in matricula fuerant notatae, quas summas nulla difficultate, sine ulteriori imperio exfoluerunt; *provincialia* tributa princeps uel dominus exfoluit territorii, cui dein-

Error Rec. I.
quod hanseati-
cae ciuitates
collectari pos-
sunt sigilla-
tum.

deinceps ius fuerat *municipia hanseatica subcollectandi*. De ceteris, quae *extra imperium* fuerant sitae, tantum abest, ut imperium aliquid potuerit statuere, ut potius error satis apertus sit, ordines imperii eahaeresi obcaecatos fuisse, omnes *hanseaticas ciuitates* fidem imperio addixisse. Ex quo multiplici errore satis constat, nullam *Rec. Aug.* esse in hoc argumento auctoritatem. Taceo quod neque *imperiales* neque *landsassae* ciuitates opus habuerint, ante uel a Caesare uel a principibus territorii consensum petere, quam *hanseae* Teutonicae accessissent. Ut adeo neque *RECESSVS* uerus sit neque ueritas eius obesse queat legitimis rationibus hanseaticarum.

§. IX. Neque illud in hoc argumento aliquem ^{c) nulli sine} potest offendere, quod solae *ciuitates hanseae* fidem de- ^{principes han-} derint, ^{seaticis.} nulli uero *ordines generis* alius. Ut adeo hunc sibi finem propositum habere videatur *hanseaticum* foedus, quo ciuitates, omni imperio abiecto, se adferrent in plenam libertatem. Verum enim uero quod ab hac societate principes sibi temperauerint, id causas longe alias habet, quam perfidiam ciuitatum. Ut enim moribus cum patriis, tum aliorum regnorum firmissimum est, mercatus & nundinationes longe alienos haberi ab infimi etiam generis nobilitate: ita etiam rem suo ordine indignam esse credere dynastae, comites, principes, ut mercatorum societati siue *foederi hanseatico* adscriberentur. Sortis autem paulo maioris principes ipsi sigillatim agere potuerant cum regibus & rebus publicis extra-

neis, ut his societate aliorum non opus esse uideretur.

f) rationes
Istor. infir-
mae sunt qui-
bus hanſam
urbium tue-
antur.

1) quod defen-
ſio ſit iuris na-
turalis.

2) ſinis quod-
que foedus ex-
cuſet.

3) Foederum
plurima ſunt
exempla.

4) hanſeaticar.
ciuitatum ple-
raeque ſunt im-
periales.

§. X. Ceterum illud largior, infirmis omni-
no rationibus uti cum aliis Ictis *KNIPſCHILDIVM lib.*
l. c. 4. n. 25. in iure defendendo foederis hanſeatici.
Quod fere melior non eſt *ANONYMVS* auctor *der*
vereinigten Deutſchen Hanſe-Städte, qui hoc ta-
men argumentum tractauit ex iſtituto. *Principio* di-
cunt, licitam eſſe defenſionem, etiam per foedera, ſi
quis credat ſe oppreſſum iri *l. 3. ff. de iuſt. & iure & ibi*
doctores. Sed inconcinnum hoc eſt hanſae Teutoni-
cae, quippe quae ſocietas fundamentum habet non
damni uitandi, ſed captandi lucri. Ratio autem legis
naturalis primum innuit, non alterum. *Deinde* putant,
finem bonum excuſare cuiusuis generis foedera. *E-*
uerhard. in topica legali ſub u. ſinis, MYNSINGER lib. 6. ob-
ſeru. 2. n. 4. Verum aliud eſt, excuſare rem aliquo
iuris colore; aliud rem habere *legitimam*. Vltimum
fuerat demonſtrandum, non primum. *Post* moribus
Germaniae conſtitutum eſſe, putant, ut ciuitates ſibi
proſpiciant foederibus *Ehrenberg cap. 2. de foed. n. 229.*
Veruntamen hoc dicendum eſt in ſtatu reipublicae
tantum extraordinario. Alias enim omne foedus
ſpeciem rebellionis habet, quod inquit ſine conſen-
ſu domini territorialis. *Praeterea* pleraſque han-
ſeaticas ciuitates eſſe imperiales perhibent, quibus
foederum iura nequeant diſputari. Sed quid tum
de hanſeaticis municipiis? Imo neque imperialibus
foederis iura danda eſſe, niſi quae & liberae ſimul
ſint diſputauimus *cap. 7. Vltimum* potiffimum re-
ſu-

fugium in *praescriptione immemoriali* ponit KNIP-⁵⁾ *Omne uiti-*
SCHILDIUS lib. 1. c. 4. n. 7. 8. quo se tueri queant han-^{um hanfae di-}
 featicae ciuitates aduersus cuiusuis generis dis-^{luere tempus}
 putationes. Tempus enim immemoriale habere *immemoriale.*
 uim priuilegii *MASCARDVS de probat. conclus. 122. n.*
43. uim concessionis a principe factae *GALLIUS lib. 1.*
obseru 21. n. 15. in fin. uim regii adensus *COTHMANNVS*
uol. 2. consil. 79. n. 72. tantumque posse tempus imme-
 moriale, quantum imperator *Consil. MARPVRG. uol.*
1. conf. 9. n. 3. acquiri ita regalia *MYNSINGER lib. 1. obs.*
30. etiam principis referuata & alia iura non praescri-
 ptibilia *MEISCHNER tom. 3. decif. 6. n. 8.* & quae ne-
 niae sunt generis eiusdem. Has uero cum ex ratio-
 nibus & legibus ipsis *cap. 6. §. 29. 30. sqq.* plene plane-
 que confutauerim, non opus esse puto, partium stu-
 dio correptis uel auctoritate obcoecatis doctoribus
 aliquid opponere. Ipse potius largior, nisi firmio-
 res *iuris hanseatici* rationes fuerint, herbam porri-
 gendam esse parti aduersae, ut *hanseaticae*, quae su-
 perfunt urbes, ex albo imperii expungerentur. Ve-
 rum aliam nos uiam ingressi sumus §. 5. *h. cap.* ut ha-
 ctenus dicta causam non ferire aut tangere uideantur.

§. XI. Postquam igitur *hansam* siue nundina-^{Num in han-}
 toriam societatem neque imperii iuribus neque ter-^{seaticis urbes}
 ritorii quicquam obesse, satis superque dedimus ^{etiam peregri-}
 commonstratum, quaedam dubitationes restant, ^{nae?}
 etiamnunc in hoc argumento breuiter explicandae.
Principio quaeritur, num filum consecutionis sit ab
 hanseatica ad patriam ciuitatem? Quamuis uero ita

omnino esse uideatur, quod *hanſa* ſocietas Germanica ſit, quae reiiciat ſocios peregrinos; quod ipſe imperii *RECESS. AVG. an. 1548. §. 47. 48.* hoc argumento *Rigam, Dorpatum, Regiomontium, Daniſcum, Elbingam* ad imperii comitia uocauerit indixeritque eis collectas, quod illae urbes in albo haberentur *hanſeaticarum*. Cum uero *Holmia* non minus in hanſeaticarum ueteri matricula extet; deinde clarum ſit, Germanico imperio nil quicquam iuris neque in Liouoniam neque in Poruſſiam ullo unquam tempore fuiſſe, quod plene luculenterque *Dn. PRAESES* olim in *Poruſſia uindicta aduerſus iniqua ordinis Teutonici poſtulata part. 1. §. 7.* probauit confeſcitque; praeter ea ciuitatum *hanſa* nulla Germanici imperii negotia reſpicit, ſed cauſas extra imperium maritimas ut adeo nil obſtet, quo minus peregrinae urbes eidem accedere queant. Fruſtra itaque, meo iudicio, & olim fuere & nunc ſunt *Iti*; qui eo, quod ciuitatem in *hanſa* Teutonica deprehendunt, eandem Germanici quoque imperii albo uolunt inſcribere. Vti enim Teutonici milites poſt Germanos etiam fuere Itali, Angli, Galli, quamuis ſumma ordinis iſtus fuerit penes Germanos: ita nil obfuit, quo minus *hanſae*, apud Germanos inſtitutae, ciuitates etiam peregrinae adſociarentur. Haſtenus de nexu hanſeaticarum cum imperio.

CAP. X.
DE DISPARI CIVITATVM COLLEGIO ET
VTRIVSQUE PRAECEDENTIA.

§. I.

VTi de nexuum discrimine plerique tacent, qui-
bus imperio Germanico parent ciuitates di-
uerfimode: ita etiam temporum obliuione factum
est, ut omni earundem ordine neglecto, idem omni-
bus sit locus, honor, dignitas, amplitudo.

*Hodie unum
omnibus ciui-
taribus est col-
legium.*

§. II. Quondam ut rationes utriusque diuer-
sae fuerant: sic & classes diuersae, diuersa loca,
fedilia, mensae. Vnum enim coetum eumque
honestiorem in imperii comitiis liberae ciuitates ab-
soluerunt: alterum uero hocque inferiorem con-
stituerunt illae, quae fuerant tantum impe-
riales. Die Städte machten auff den Reichstag
Zwey collegia aus: eines die freye Reichs-
Städt; das andere die bloßen Reichs-Städte.
Docebo hoc discrimen ex idoneis argumentis; &
ostendam rem planam & apertam temporum aeru-
gine tantopere obliteratam fuisse.

*Quondam
alius locus libe-
ris fuit impe-
rialibus ite-
rum alius.*

§. III. Principio diuersitas collegii inter impe-
rii ciuitates constat ex ipso iure comitorum. Nam
in utriusque generis ciuitatum conuentu, *Eslingae*
instituto an. 1486. in prima classe recensetur die
freye Städte; in altera die Reichs-Städte. Acta
COMITIALIA ita se habent: Anno 1486. haben die
Städte Botschafften auff gehaltenem Städte Tag

*Quod proba-
tur, quia a) ci-
uitatibus di-
uersae in sub-
scribendo clas-
ses an. 1486.*

zu

Tag zu Eßlingen den aufgerichteten Abschied folgender massen unterschrieben.

Erstlich der Freystädte Botschaffter
so auf diesem Tag gewesen

als 1) Straßburg 2) Basel 3) Worms 4) Speier
5) Franckfurth 6) Hagenau 7) Colmar.

Nachgehends der Reichs-Städte Botschaffter.

Als 1) Augsburg 2) Nürnberg 3) Ulm 4) Reutlingen 5) Rothenburg 6) Halle 7) Gemünd 8) Memmingen 9) Heylbronn. 10) Dünckelspiel 11) Wümpfen 12) Lauresburg 13) Winsheim 14) Schweinfurth 15) Gengen 16) Eßlingen. Vbi autem clafes diuerfae, ibi ordo etiam diuersus honoris dignitatisque.

b) sedes ciuitatibus diuerfae.

§. IV. Deinde utriusque etiam ordinis ciuitates diuersis etiam sedibus sunt collocatae. Scamnum *primum* liberae occuparunt; *alterum* imperiales. Huius etiam discriminis testimonia praebent *acta COMMITIORVM WORMATIENSIVM* an. 1495. quae exhibet cum prioribus *LEHMANNVS lib. 4. cap. 5. p. 289.* verbis, quae sequuntur: Auf dem Reichstag zu Worms haben die Städte sich selbst wiederum in Frey- und Reichs-Städte abgefondert. Dann erstlich sind die von 1) Cöln zu oberst auff der Banck der Frey-Städte darnach 2) Straßburg, 3) Basel etc. nach alten Herkommen und Ordnung

nung gesehen: und auff der andern Band 1) Regens-
burg 2) Augsburg 3) Nürnberg 4c. & quae sequun-
tur deinceps.

§. V. Ne autem aliquis hoc discrimen nullius
tum momenti fuisse existimet, de lite aliquid dicen-
dum, quae inter *Coloniam & Aquisgranum* orta est
de loco & scamno honestiori. Aquisgranenses enim
legati causas adduxerunt, ob quas ipsi Colonensibus
peterent loco anteferri. Quod Aquisgranum *archi-*
folium esset, cui primas deberent omnes aliae ciui-
tates. Reposuerunt Colonenses, non hic agi de *archi-*
folii honore, uerum de *libertate* quae ciuitatibus
imperii alias det atque alias classes. *Edln sey nicht*
etwa nur eine Reichs-Stadt, sondern eine freye
Reichs-Stadt. Dahero sie von denen von Aachen
zu wissen begehret, wie dann sie sich achteten für ei-
ne freye, oder für eine Reichs-Stadt. Darauff
die von Aachen nicht Antwort gegeben. Ita enim A-
quisgranensibus os obdurarunt, cum ipsi agnosce-
rent primam classem liberis relinquendam esse ciui-
tatibus, adeo, ut neque archifolii honor hoc discrimen
euerteteret, nisi & hocce numero esset urbium libera-
rum. Et exinde intelligi potest, quare Aquisgra-
num liberae etiam urbis nomen adfectauerit, quod
cap. 6. §. 10. p. 34. diximus, id uero negatum ei sit ab im-
peratore, ipso KNIPSCHILDIO teste lib. 1. c. 2. n. 23. Quam-
uis autem in hac causa tum uicissent Colonenses, re-
crudit tamen eadem lis in foedere Smalcaldico.
Quo excerpta pertinent, d.ß an. 1541. zu Regens-
M burg

c) *liberis ciui-*
tatibus prae-
cedendi ordi-
nem concessere
imperiales.

burg gehaltenen Städte Tages. Als die Gesandten von Aachen abermahls der Session halben zwischen ihren Obern und die Stadt Edln, in Krafft des jüngst zu Franckfurth gehaltenen Städte Tages an. 1539. um Erkenntnuß anersuchet ist die Sache wider beacht worden. Pro Coloniensi tamen ciuitate tum quoque iudicatum est, ut ei Aquisgranum loco cederet. Idque iure ac merito. Quamuis pristina praecedentiae argumenta tum non adsecuti sint iudicii adfessores. Sententiam integram *DATTIVS* exhibet *lib. 3. cap. 12. num. 65. p. 609.*

a) primum regimento adfessorem dant urbes liberae; alterum imperiales 1500.

§. VI. Praeterea instituto *REGIMENTO* illud admodum singulare est, eo quoque tempore datum fuisse utriusque generis ciuitatibus, ut peculiarem adfessorem *liberae* huic consilio commendarent, itidemque peculiarem tantummodo imperiales. Formula regimenti prima, quam *DATTIVS lib. 3. cap. 12. n. 2. p. 603.* promulgauit, ita se habet. Sollen von unsern und des Heil. Reichs wegen sibenzehn redlicher Personen aus dem Reich Teutscher nation verordnet werden. Von uns 1. ein praesident; von denen sechs Churfürsten ieden 1. Und aus der gemeldten nation des H. R. zehen. Eine aus der Proving Meideburg (habes Magdeburgici antistitis honorem ante Salisburgensem; habes illius principatum, quem tenuit tum in uniuersa Germania post septemuiros electores, tum in circulo Saxoniae inferioris) die 2. aus der Proving Salzburg; die 3. aus der Proving Befang; die 4. aus der Proving Bremen und Westphalen; die 5. aus den Niederlanden unter oder um die

die Maß; die 6. aus Francken; die 7. aus Bayern; die 8. aus Schwaben; die 9. aus den freyen Städten; die 10. aus den Reichs-Städten genommen und verordnet seyn. Et quamuis in R. I. AVGVST an. 1500. artic. 5. 6. 7. seq. formula haec aliam acceperit faciem, perpetuum tamen, si Sueviae articulum 7. exceperis, discrimen tenetur, quod afflores regimenti simul in circulo commendare debeant, die Freye und Reichs-Städte. Qui autem factum sit, quod in Sueuia sola mentio tantum fiat der Reichs-Städte, illud egomet alia adsequi non possum coniectura, quam Sueviae pagum eo tempore nullas imperii ciuitates liberarum habuisse.

§. VII. Ad extremum plurimum apud me potest saepe laudatus DATTIVS, qui lib. 3. cap. 12. n. 61. 62. eandem agnoscit praerogatiuam liberarum ciuitatum prae imperialibus. Verba eius sunt: Hoc etiam iudicat R. I. ciuitates imperii, quae liberarum se nominabant, sedibus etiam & scammis in conuentu ciuitatum imperialium (Städte Tügen) a ceteris distinctas fuisse. Quod haud dubie plenius explicare potuisset, si quidem id ei e reuifum fuisset. In quo tamen uiro, rerum certe medii aeuu gnarissimo, illud noto, quod utriusque quidem generis ciuitatum ordinem inaequalem agnoscat: attamen in causa huius discriminis accedat BOECLERO in notitia imperii lib. 11. cap. 2. Qui ait: quid sibi uelit hoc discrimen & in quo praecipue consistat non reperiri potuisse in actis publicis. Nos uero fundamentum, quod ille hic desiderat, docuimus superius cap. 6. Firmat ibi adserta peregre diplomata, quod e PALATINO tabula-

e) idem agnoscit uir summae auctoritatis.

Civitates;
quae annua
Caesari tri-
buta prae-
stant, esse
imperialis,
non liberis
docetur ex
diplomate
an. 1402.

rit protulit *Ioan. SCHILTERVS Iur. publ. tom. 2. p. 99.* Illud enim non solum imperialium urbium matriculam exhibet, Caesaris iussu scriptam: sed etiam sigillatim indicat summam, quae cuique praestanda sit Caesaris aerario, ut falli deinceps in re manifesta non possimus. Dignissimum est monumentum, ut hic loci verbatim inferamus. **Reichs-Städte** (nequicquam **Freystädte**) **Steuern** ad fiscum imperatoris pertinentes. Wir Ruprecht von Gottes G. N. Kunig zu allen Zyten merer des Reichs Entbieten den Burgermeistern Räte und Burgern gemeinliche Unser und des H. Reichs Stat zu Eßlingen Unser Gnade und alles gut, Lieben getruwen, umb solich gewünlich stüre, so jr Was und dem Riche Zetlich pflichtig sind zu geben, und fallend ist uff S. Martins tag des H. Bischoffs, Da heissen und empfelhen wir uch ernstlich, daß ir dieselben stüre, die jr Uns von des Reichs wegen uff disen nechsten zukünftigen S. Martins tag verfallen werdent, richtent und gebent, dem Hochgebornen Ludewigen Pfalzgraven by Rine und Herzogen in Bayern U. L. Vettern und Fürsten, und wann ir das getan habent, so sagen wir uch derselben stüre von demselben zukünftigen S. M. tag von Unser und des Reichs wegen, mit diesem Brieffe quijt und lose. Urkunde dieses Brieffs mit Unsern Königl. Majestät Ingesigel, Geben zu Amberg uff den nechsten Dienstag vor dem H. Pfingsttage in dem jare als man zalte nach Christi Geburt 1402. jare Unseres Reichs in dem andern jare.

Nürnberg 2000 fl. Statstüre uff Martins Tag. 1402.	Winsberg L. Pf. Heller.
Notenburg uff der Euber 400. fl. Rynischer Mart. 1403.	Ulm Gelt von Unserm Am- men-Ampt, und die Stür uff Marc. assignirt Episcopo
Augsburg 800. Pf. Heller. 1405	Spir. Rabano.

Mordz

Nordlingen 200. fl. als von
 des Schulzen Ampts we-
 gen by uch zu N. uff Mart.
 Nürnberg, Rotenburg und
 Wimpheim, die halbe Zu-
 den Stüce und den gülden
 pfennig, die jr uns und die
 Juden by uch unser Kam-
 mer knecht alle jahr Zerlich
 pflichtig sint zu geben uff
 Michaelstag, 1402. unsers
 Richs in dem 3.
 Dn. R. Episc. Spir. Can-
 cell.
 Jacobus de Alzey.
 similitur de ceteris pluribus
 civit.
 Solotturn, gewöhnliche Zins-
 se so jr uns und dem Riche
 pflichtig sint zu geben von
 Kanverzanen by uch wo-
 nende, unfallent sint uf S.
 Mart.
 Francfurt 1114. Pf. Heller
 mynder verthalbschillings
 Heller Franckf. wehrung
 jährl. Stüce. A. 1407.
 Item Augspurg viij. C. Pf. den
 von Decke verschrieben.
 Item Constenz vij. C. Pf. gebent
 ike nū in C. Pf.
 Nürnberg ij. M. gulden.
 Ulme viij. C. P. Item j. C. Pf.

von dem Amman Ampt.
 Überlingen 300. Pf. verschrie-
 ben dem von Homburg.
 Memmingen 300. Pf.
 Biberach 200. Pf.
 Ravensburg 180. Pf.
 Lindawe 400. Pf. verschrieben
 Herman von Breitenstein.
 Rempten 166. gülden.
 Sautgallen 140. Pf.
 Rauffburen 200. Pf.
 Lutzirbe 100. Pf.
 Pullendorff 100. Pf.
 Wangen 100. Pf. gefriet.
 Ofen 60. Pf. gefriet.
 Buchora 50. Pf. gefriet.
 Buchauwe 40. Pf. verschrie-
 ben dem von Helffenstein.
 Eslingen 800. Pf.
 Rutlingen 400. Pf.
 Nottwile 75. Pf. oder da by.
 Wyle 300. Pf.
 Rotenburg 400. gülden.
 Nordelingen 200. gülden von
 dem Schulzenampte.
 Gemunde 270. Pf.
 Halle 600. Pf.
 Heilbron 600. Pf.
 Wimpffen 200. Pf.
 (verschrieben Hrn. Eberhar-
 den von Hirschore.)
 Windsheim 100. gülden.
 Swynfurt 100. fl.

Gingen 120. Pf. gefryet ein Zyt.	Gelfe 30. Pf. Straßburger Pfennige.
Boppfingen 80. Pf. sint ver- schrieben Rudiger Querner.	Hagenaw 300. Pf. Straß- burger.
Dinckelspiel 200. Pf. dem Kempneter verschrieben.	Epenheim 100. Pf. Eletsstat 120. Pf.
Wissenburg 100. Pf.	Colmar 800. fl.
Alun 100. Pf.	Reysersperg
Wynsperg 50. Pf.	Munster
Francfurt 614. Pf. minus 4 fl. hell, daran gent abe 80. fl.	600. fl. Muthusen 160. fl.

Summatim, a quacunque ciuitate imperator annua tributa accipit, illa *imperialis* audit, non autem *libera*, in curiae medii aeuī, solennioribus libellis. Contra, quae *liberae* elogium habet, illa Caesari tributaria non est annuatim. Cetera repetenda sunt ex illis, quae scripsimus supra *cap. 6* ex instituto. Atque ex his argumentis manifestum esse potest & discrimen utriusque generis ciuitatum & huius discriminis fundamentum. De primo dubitarunt uiri docti; in altero autem spem abiecerunt.

Hanc utinam tuo, lector, iudicio egomet
expleuiffem.

Dum typographus ultimam schedam adfert ad emendandum, dn. praesidem uisit antiquitatum suae aetatis princeps scrutator, *Schlegelius*, atque nummum exhibet aquisgranensem, cuius epigraphae; *urbs Aqueusis, regni sedes, Caput omnium ciuitatum & prouinciarum Galliae*, an. 1491. Imaginem is refert Mariam cum Iesulo, ad dextrum Carolum M. dextra tenentem basilicam, sinistra globum Imperialem: altera parte aquilam *μονοκέφαλον* in scuto, pone crucem. Iussu dn. praesidis haec addere uolui cum p. 89. apprimere illustrent.

FINIS.

DISSERTATIONIS POTIORIS MOMENTI

PARADOXA.

Falsa est *praesumptio* Ictorum, quemque pagum iurisdictioni parere *unius*.
Plerique enim in Sueuia plures dominos habent drey vierherrische
Dörfer. Idque ex causis, *cap. 2. §. 5.* indicatis.

II. Principis *privilegia* strictae saepius interpretationis, quam latae *c. 2. §. 6.*

III. Originem iurisdictionis *territorialis* aliam frustra tradunt ICti,
quam tempora extinctis in Germania Carolingis *cap. 3.*

IV. Suffragiorum iura in comitiis neque olim unquam indicium fuere *status immediati*, neque etiam nunc. *cap. 4. §. 3. 4. §. 3.*

V. Frustra Caesari imperioque *domanum* asseritur in aliis Germaniae
prouinciis, quam in Rheno uicina Francia *cap. 5. §. 3.* Non est ergo quod
recuperatoria iudicia alii principes extimefcaut.

VI. Marchia *Brandeburgensis Bohemique* id iure praecipui habent, ut re-
gula ibi iuris, certissima sit; *quicquid est in territorio, illud etiam de territorio.*
In ceteris Germaniae prouinciis ea multoties fallit, quod in aliis extincti
ducatus sint, aliae diuisae in partes *cap. 5. §. 28. 29.*

VII. Palatium Caesaris neque nota est *immedietatis* in ciuitate neque
obest eius libertati *c. 5. §. 40.*

VIII. Maximum inter ciuitates *imperiales & liberas* est discrimen. *cap. 6. §. 3. seqq.*

IX. Praesumptio iuris est, nullum magistratum in ciues habere iurisdic-
tionem *cap. 6. §. 8.*

X. Differunt in ciuitate munera *des Reichsschulgenamte und der Reichs Bogtey* *cap. 6. §. 8. & cap. 7. §. 5.*

XI. *Libera* ciuitas esse potest, quae tamen non est *imperialis* *c. 6. §. 16. 19.*

XII. Vocabula hodie diuersa uolunt *Landeshoheit & Landesherrlichkeit*,
uerum id discrimen certum non est in medii aevi monumentis *cap. 6. §. 18.*

XIII. Praesumuntur ciuitatum aliae liberae, aliae seruae; contra, uno
omnes loco habent ICti *Cap. 6. §. 20. 21.*

XIV. Praescriptiones ipsa iuris Romani *confessione* locum non habent in-
ter liberas gentes *c. 6. §. 27.* Distinguit enim eandem a modis naturalibus ac-
quirendi ipse Tribonianus.

XV. Reipublicae nullo tempore *currit praescriptio* *cap. 6. 28.*

XVI. Praescriptio *immemoralis leuior* est longi & longissimi temporis
praescriptionibus *c. 6. §. 29.* per ultimas ergo, quae non extinguuntur iura,
illa multo magis tuta sunt a prima,

XVII.

XVII. Illam praescriptionem immemoriam nescit ius Romanum, quam sibi fingunt doctores §. 30.

XVIII. *Immemoriale* legibus est *hominum* memoria, non *litterarum* & monumentorum §. 31. Sed ita explodi merentur doctores; qui immemoriam praescriptione extincta eunt uel domania uel regalia. Quae ita facilius amitti possent, quam ciuium crepundiae. Contra, qui pro *immemoriali* illud habent, cuius neque hominum neque instrumentorum memoria superest, illi nenas cantant. Tum enim regula ualet, quod actore succumbente reus sit absolendus. Neque recuperatoria iudicia alia ad probamus, quam illa in quibus actor iudici fidem facit, reum rem alienam possidere, alioque telo se defendere nescire, quam hoc, se rem ultra hominum memoriam possidisse.

XIX. *Cap. super quibusd. X. de V. S.* ex pacto decedit, non ex lege; quamuis dissentiant omnes doctores *cap. 6. §. 31.*

XX. Qui ciuitatibus immediatis, iura territorialia tribuunt, illi neque uim territorii adsequuntur, neque rationes ciuitatum *cap. 7. §. 2. §. 9.*

XXI. Argentoratum quondam imperii *est libera* ciuitas fuit *cap. 6. §. 22. & iure territoriali* instructa *cap. 7. §. 11. 12.* Vtriusque iniquus quondam aestimator fuerat ICrus Bruningius *cap. 7. §. 13.*

XXII. Neque sunt ciuitates mixtae neque recte finguntur *c. 3. §. 1. seq.*

XXIII. Hanstae ciuitates a maritimis differunt, quamuis has misceant historici & ICti *cap. 9.*

XXIV. Hanseatico foederi recte ciuitas accedit, in scio etiam principe, quamuis foederis alias iure destituatur *cap. 9. §. 5.*

XXV. Non improbum est dicere, ipsas leges imperii quandoque erroribus labi in notitia Germaniae *c. 9. §. 8.*

XXVI. Hanseaticas urbes neque omnes Germanicas esse neque imperiales. Nam & earum aliae municipales sunt, aliae peregrinae *c. 9. §. 10. 11.* Errant ergo rerum administri, qui abhorrent ab Hanseatico municipio.

XXVII. Porussia nullo tempore paruit Germania nico imperio *c. 9. §. ult.*

XXVIII. Nulla est inter ciuitates proedria, est tamen proedria inter ciuitatum diuersas classes *cap. 10. §. 1. 2.*

XXIX. Ciuitatibus suffragia negare decisua, idem est ac suspendere in templo campanam sine pistillo.

XXX. Hodie tamen exitus huic non est liti. Si controuersia ex rationibus medii aevi componenda esset, adderem ciuitates principum collegio, ad similitudinem scamnorum comitum & praelatorum. Ita enim & ciuitatibus consuleretur & uirium iuriumque proportioni inter ordines generis tantopere diuersi.

CONSULTISSIMO
CANDIDATO

PRAESES DISSERTATIONIS

S. P. D.

ARgumentum tuae dissertationis uulgare est. Rationes eius admodum singulares. Iure queunt inter paradoxa referri. Ex aduerso contendunt iurisconsulti publici fere omnes. Conflictui itaque tuo non speranda est arena otiosa. Probo institutum. Veritatis enim prima cura esse debet sapientiae studiosis. Haec certe non multitudine ita sentientium nititur, sed rationibus idoneis. Nostrum etiam aeuum Senecae calculos addit. Nondum hanc fortunam orbem regere, ut plures uideant ueritatem. Ipse fateris, te aliqua

N

qua

qua horum meis debere scholis. Nihil dissimulo. Quod me socium elegeris academici conflictus. Mihi interim de auditore gratulor candido, industrio, docto que. Olim, ita spes meae sunt, tibi gratulabor non minus. Si quidem intellexeris, nihil iuuenem didicisse, quod dediscere oporteat uirum. Patriae tuae monumenta loquuntur, nouae doctrinae rationes non esse umbratiles. Nam curiae imperialis usus patent ex illis, quae e tabulario Argentinae tuae in medium protulisti. Haud dubie patriae tuae specimen hoc erit gratisimum. Quo ipso & boni ciuis elogium habes, & iurium dignissimi candidati. Ego met tibi in utroque adplaudo. Qui & Argentinae bene cupio & amico Argentinensi. Vale.

PRAE-

PRAENOBILISSIMO AC CONSULTISSIMO

CANDIDATO,

FAVORI, AMICO ATQVE COGNATO
EXOPTATISSIMO

S. P. D.

IACOBVS CAROLVS SPENER, [P. P. ORD.

PVtas me tibi scripturum, quam
valde argumentum tuæ disserta-
tionis mihi placuerit, quod &
elegans est, & si quod, bene elabo-
ratum, & ultra quam solet præstan-
tibus instructum rationibus. Ego ve-
ro has laudes aliis prædicandas dabo,
& quod & te & me possit delectare
scribam. Quid autem id erit, nisi ut te-
cum de egregio & virtutis & tuæ eru-
ditionis edito specimine gaudeam? nisi
ut bona augurer, & amicus amici cer-
tam felicitatem gratuler? Sua quem-
que beant studia. Male fortunæ tri-

N 2

buimus

buius iniquitati, si genio seruimus,
vbi necessitati oportebat. Recte sic
egisti, qui non soli fortunæ, ipsi et-
iam tibi iamdum fauentissimæ tuam
felicitatem, sed tibi, debere voluisti.
Vtut fortunæ dona nobis multa su-
per sint, a nemine tamen, ni a nobis,
vt felices viuamus, impetrabimus.
Perge qua coepisti via optimis opera-
ri studiis, nec tædebit consilii, aut
his modis a te tibi met ipsi effectæ for-
tunæ. Quod iam peregrinationem
in regiones artium & bonarum & ve-
teratoriarum feracissimas meditaris,
nihil ea puto tua coepta egregia posse
reddere magis fortunata. Nunc intra
parietes priuatos sapientiæ decretis
optimis imbutus, & ipse etiam virtu-
tis semitas ingressus, vt felicitatem
sectari deceat, didicisti. Disces pro-
xime, quot modis & artibus multi
for-

fortunam anxie ambient: vt multi
inter eos, quibus fortuna fauit, fin-
gant beatam vitam, quam non ha-
bent: vt alii vitam vivant beatis-
simam, nec fortunam curent, nec quas
vulgus de sua beatitudine concipit,
opiniones. Personatas cernes vi-
tutes communibus decoratas adplausi-
bus, & ab ipsa fortuna profusissime
donatas. Non autem virtute prædi-
tos, eosque semper felicissimos repe-
ries. Me quæris, si quod dixi, felici-
tatis suæ quisque est artifex, cur sa-
pientes non omnes fortunam quam-
cunque habeant propriam? Imo vero
eam rident, & vt non videantur for-
tunati, eorum tamen felicitate nihil
est, quod mundus habeat pretiosius.
Vtere nunc tuis bonis, VIR consultis-
sime, & quæ fortuna tibi tribuit,
bona caduca crede parumque profu-
tura,

tura, ni solidiorem curare prosperi-
tatem edoctus esses. Sic ex itinere,
scio, redibis elegantissimi propositi
tenacior, imo certissimæ proximus
felicitati. Hæc tibi tunc erit bellis-
sima occupatio, actam integro mun-
do ubique & semper concediam, cu-
ius forsitan non otiosus fueris specta-
tor, domi meditari. Tunc domi tibi
summa nascetur felicitas, & fortunæ,
quæ prosperrima tibi auguror, dona
reddet beatissima. Sic & Argentinae,
quam tui majores, consulari & sena-
toria dignitate functi egregie orna-
runt, tua olim studia exhibebis. Vale
& tibi, patriæque tuæ, imo commu-
ni nostræ, optime cupienti faue.



ULB Halle
003 486 338

3




5b

TA-100

vd 18





DISSERTATIONE INAUGVRALI
DE

CIVITATVM
DISPARI NEXV
CVMS. R. IMPERIO

Don

Reichs und freyen Reichs-Städte

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
REGIAE DOMVS SERENISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELM
PRINCIPE PORVSSIAE, CETERA
INDVLTV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS,
PRAESIDE

DN. IOANNE PETRO Ludewig, IC
PORVSSORVM REGIS IN CVRIA IVDICIOQVE HERALDICO EOQ
PREMO, ADSESSORE ET CONSILIARIO, IVRIVM ET HISTORIARVM PRO
ATQVE DVCAT. MAGDEB. ARCHIVARIO,
PRO DOCTORIS IN VTROQVE IVRE PRIVILEG
SOLENNITER DISSERET

IOANNES PHILIPPVS HEVSS
ARGENTORATENSIS,

D. XXX. MENS. OCTOBR. ANNO d^o1800.
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM.

HALAE VENEDORVM,
LITTERIS IO. HENRICI GRVNERTI, ACAD. TYPOGR.

